Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
20
NAPOLI

XXI
C
20.

BARTHOLO-
MÆI ROMVLEI FLOREN-

tini clariſsimi Iureconſulti, in Acade-
mia Ingolſtadienſi Legum Pro-
feſſoris ordinarij pri-
marij

COMPENDIVM SEV TRACTA-
tus MORAE in obligationibus uſu & praxi
quotidiana frequentiſsimus.

Cum gratia & priuilegio Imperatorio.

Ingolſtadij excudebat Alexander Vueiſ-
ſenhorn, Anno M. D. LXIX.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI

QVÆ TARDE CRESCVNT,



DIV DVRANT.

ILLVSTRISSI-
MO AC POTENTISSIMO
Coſmo Medici Florentiæ & Senarum Duci optimo, Domino & patrono ſuo, Bartholomæus Romuleus Iureconſultus, S.P.D.

NÆ EGO FORTE *parum prudenter feciſſe uidebor, Princeps illuſtriſſime, quod T. C. cui poſthac difficilis admodum & laborioſa ampliſſimæ prouinciæ defenſio atqꝫ tutela incumbere uidetur, hoc meum opuſculum, in quo de iuris ac legum controuerſijs diſceptatur, offerre & dedicare minimè ueritus fuerim. Nam uulgus hominum, cui neqꝫ conſilium, neqꝫ diſcrimen, (ut rectè Cicero pro Planco inquit) neqꝫ ratio ineſt, ita iudicat, principem uirum nõ legibus, ſed armis, rebusqꝫ bellicis intentum eſſe oportere, in quibus ſolis reliquis præſtare & antecellere, pulcherrimũ & glorioſiſſimum arbitratur. Quoniam*

uerò nunquam horum ſententia ita mihi probari potuit, ut non eos uehementer errare, falli & decipi ſemper exiſtimauerim, qui leges Principi aut inutiles, aut parum neceſſarias arbitrantur, nihil contra officium me facturum exiſtimaui, ſi ego, qui ius ciuile profiteor, huiuſmodi aliquod munuſculum T. C. offerrē, quod & meæ profeſſioni quam maximè congruere, & à Principis dignitate atq; ſplendore neutiquā alienum eſſe uideretur. Omnes namq;, qui rectè de rebus iudicant, ueterumq; ſcripta diligenter examinant, in ea ſententia ſemper fuiſſe uideo, ut principi uiro, non modo neceſſariam legum cognitionem eſſe iudicarent, ſed illud quoq; adderent, neminem præclarum Imperatorem, neminem Principem & moderatorem egregium, neminem inſignem patriæ defenſorem eſſe poſſe, qui neglectis bonis legibus, ſine quibus Reſp. diutius non poteſt ſubſiſtere, res bellicas tantum, & arma pertractat, eaq; ſola ſibi in uita propoſita eſſe arbitratur. Quod quidem facilè perſpici poteſt, ſiquidem ueteres uniuerſam Reip. rationem in duas partes diuiſerunt, pacis nimirum & belli, quæ duo ſanè tempora, ut prudenter Iſocrates inquit, plurimum habent momenti in rebus humanis: quod & Theon ille Sophiſta ſatis intellexiſſe uidetur. Ait enim, duo omnino eſſe

tempora, quæ uniuerſas res humanas decernunt atq; diiudicant, tempus belli, inquam & pacis. Quamobrem cum hæc ita ſe habeant, quis obſecro non uidet Imperatorem non minus leges quam arma ſcire debere, quem ad utriuſq; temporis incommoda æquè paratum atq; inſtructum eſſe conuenit, ne ſi in alterutro deficiat, non exiguum indè Reſp. capiat detrimentum. Quod ſi quis rem diligentius examinare uoluerit, illud dicere et affirmare auſim, non paucos fore, qui leges Principib. non modo utiles, ſed magis etiã quam arma, aut peræq; neceſſarias eſſe iudicabunt. Et rectè ſanè: Neq; enim perpetuis bellis ulla unquam oppreſſa fuit Reſp. ſed maiorem temporis partem in pace & otio conſumi uidemus, quod ni ita eſſet, omnes Reſp. perpetuis bellis attritas & labefactatas tandem corruere eſſet neceſſe. Quare multos Principes fuiſſe legimus, qui belli tempore præclare ſe geſſerunt, magnamq; ſui nominis famã & gloriam ſunt adepti, ſed ijdem tantum damnũ ciuibus togati dederunt, ut bellum quidem, quo nihil eſt pernicioſius, omnibus uotis expeterent: Pacis uerò dulciſſimum & pulcherrimum nomen, ut præclare Cicero inquit, toto animo deteſtarentur. Sed heu miſeram horum ciuium conditionem, quos ita affectos eſſe, ipſa docet neceſſitas, & ſupina quarundem Principum

 negligentia

negligentia, uel potius inſcitia, qui ſatis eſſe iudicantes bellicis in rebus excelluiſſe, non raro integra regna, et florentiſſimas quaſq; Reſp. ſua imprudentia ſubuertunt. Quod cum priſci illi Rerumpub. moderatores, (qui quidem munus ſuum fœliciter obierunt) facile animaduerterent: nunquam uſq; adeo armis addicti fuerunt, ut bonas leges, et ſalutaria de moribus præcepta negligerent. Nam ſi à primis orbis terrarum Ducibus ad hæc uſq; tempora præſtantiſſimos quoſq; ordine recenſere hic locus pateretur, inueniremus optimos Reges ac Principes, ſi non maiorem, at certè nec minorem gloriam & uirtutis opinionem ex legum ſcientia & obſeruantia, quam ex rebus belli præclarè geſtis apud poſteros ſibi concitaſſe. Etenim ſi ſacros Iudaicæ gentis, quæ legum & antiquitate & præſtantia omnibus antecelluit, libros diligenter euoluamus, et ſeriem Ducum, Regum, ac Iudicum, quibus gens illa Deo electa tot ſæculis uaria fortuna gubernata fuit, accuratiore calculo cenſeamus, uidebimus eos, qui legum ſuarum ſeduli obſeruatores domi belliq; iuſtitiam coluerunt, profanas gẽtes et alienigenas è terra illa promiſſa, omniũ rerum copia affluente, primum profligaſſe, ac deinceps florentẽ Reip. ſuæ ſtatum conſeruaſſe, & à uicinorum populorum incurſionibus feliciter defendiſſe.

fendiſſe. Inter hos numerandi ſunt Moſes, Ioſua, Gedeon, Dauid, Salomon, Ioſaphat, Ezechias, fratres Machabæi, aliiq́ pii & prudentes Iſraëlis heroës, qui legum & iuſtitiæ ſtudioſi, cum ſempiterna laude Iſraëlem rexerunt & conſtituerunt: Alios uerò, qui contemptis legibus Dei, ſublato iudiciorum ordine, et deniq́ omni iuſtitia proſcripta, ſua libidine ſingula moderati ſunt, maximis periculis Eccleſiam Iſraëliticam expoſuiſſe, finitimis tyrannis aditum in patriam ſuam patefeciſſe, et demùm in perpetuam ſeruitutem ſe gentemq́ ſuam adduxiſſe, omnes libri & hiſtoriæ teſtantur. Labaſcente deinde ſtatu Reip. Iſraëlis, in qua multis ſæculis tot inſignes uirtute & eruditione uiri et Principes floruerunt, ſuccreuit & ad ſummum faſtigium euaſit potentia Regum Babyloniorum, qui non ſolum uniuerſa Palæſtina, ſed etiam maiore orbis terrarum parte armis ſibi ſubiecta, primi mundi monarchæ fuerunt: In qua monarchia, qui maximè heroicis uirtutibus claruerunt, ii omnes non minorem gloriam inde reportarunt, quod pacis tempore optimis legibus regna ac prouincias ſuas informorbant, quam quod aliis gentibus bellica uirtute domitis & deuictis, fines ſuos extendebant & dilatabant. Etenim arbitror inter omnia alia potentiſſimi illius

Nabucho-

Nabuchodonoſoris egregia facinora illud præ alijs ſemper prædicatum iri, quod Danielem, ſingulari ac diuina indole iuuenem non ſolum legis Moſaicæ, ſed etiam omnis ſcientiæ & prudentiæ Chaldaicæ peritiſsimum prudentum ſuorum numero aſſcripſit, & iuri dicundo præfecit. Nec quicquam Artaxerxi ad famam glorioſius apud omnem poſteritatem extabit, quam quod Nehemiam, omnibus & diuinis & humanis dotibus inſtructiſsimum ſecum habuit, eiuſq; conſilijs in difficili eius monarchiæ adminiſtratione eſt uſus. Darius quoq; immortalem iuſtitiæ laudem ſibi comparauit, quod Sandacem Aeolidis præfectum, cum pecunia corruptus iniquè iudicaſſet, cruci affixit. Similiter Cambyſis Regis memoria uel ob unicum iſtud præclarum facinus nunquam intermorietur, quod Otanis, quem Darius Rex oræ maritimæ præfecerat, patrem Siſamenem, unum è regijs iudicibus, quod iniuſtè ob pecuniam iudicaſſet, ante Darium interemit, interemptoq; detractum corium in loca conſcidit, quibus tribunal, in quo ipſe ſedens male iudicauerat, intendit: ibi deniq; eius filium Otanem ſedere iudicem iuſsit, atq; in memoria habere, in quo tribunali iudicaret. Quid ego hic Cyrum Magnũ illum Perſonarum Regem, ſecundæ monarchiæ primum auctorem commemorem?

moreme?

morem? de quo illud, quod ad ſummam laudem de Agamemnone ſuo ſcripſit Homerus, atq; Alexander Magnus, tanquam optimum uerſum Homericum ſemper in ore habuit, uerè dici poteſt,

ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Fuit enim iſte Cyrus, non ſolum iuſtitiæ, temperantiæ & prudentiæ domi, ſed etiam fortitudinis, & omnium aliarum regiarum uirtutum exemplum foris: cuius laudes, Xenophonte præcone, iiſdem quibus Sol regionibus ac terminis continentur. Porrò ſi ad Græciæ tum Reſp. tum Principes & monarchas, eos maximè, qui reliquis rerum geſtarum magnitudine excelluerunt, reſpiciamus, palàm eſt ſumma religione ſemper iuſtitiæ leges à prudentiſsimis illis populis fuiſſe obſeruatas. Teſtes mihi ſunt Lycurgus, Charilaus, Theopompus, Solon, Alcibiades, Themiſtocles, Pericles & alij, quorum pleriq; huiuſmodi ſanè leges, tamq; præclara de moribus præcepta tradiderunt, ut ſemper habeant, quod admirentur poſteri. Thebani rerum geſtarum gloria illuſtres, ob id ſemper laudabuntur, quod iudicum imagines in Senatu ſuo collocabant ſine manibus, & ſummum iudicem oculis conniuentibus, uolentes ſignificare iuſtos iudices nec muneribus capi, nec hominum uultu flecti debere. Magnæ

ſunt Macedoniæ Regum Philippi & Alexandri laudes bellicæ, magna rerum & domi & foris geſtarum gloria, incredibilis uirtutum admirabilium apud omnes gentes fama, quippe quorum hic citius diſtunctiſsimas orbis terrarum partes ſuis, nō dico curſibus, ſed uictorijs illuſtrauit, quam quis eas paſsibus peragrari poſſe putaret: Attamen neſcio utrum magis iſti ob fortitudinē in bellis præſtitam, an ob iuſtitiam in foro adminiſtratam admirandi et perpetuo prædicandi ſint. Manet enim & in omnē æuum manſura eſt illa Philippi Macedonis æquitatis memoria, qui cum aliquando in tribunali dormitans aduerſus Machetam quendam pronunciaſſet, ubi uigilantior factus, cognouit Machetæ factam iniuriam, non reſcidit quidem iudicium, ſed iniuſtā exoluit mulctam. Idē rogatus ab Harpalo, ut Cratetam eius familiarem iudicio liberaret: Eum, inquit, rectius eſt, quam nos ob ipſum male audire. Iiſdem paternæ æquitatis & iuſtitiæ ueſtigijs inſtitit Alexander Magnus, dignus tanto parente filius, qui cum initio in cauſsis criminalibus ſederet iudex, accuſatori alteram aurem occludebat: Rogatus cur id faceret? Alterā, inquit, integram ſeruo reo. Demū ſi ad Romanos, ſicut ultimos, ita omnium aliorū potentiſsimos monarchas & mūdi dominos nos conuer

tamus

tamus, eorumq́ admirabiles uirtutes, quib. & belli & pacis tēpore floruerunt, expendamus, fateri neceſſe erit, maximos et præſtātiſsimos quoſq́ Reges, cōſules et Imperatores ſemper exiſtimauiſſe, nō minus pulchrū ſibi & glorioſum eſſe, legū ſcientia præſtare mutis, quā bellicis laudib. abundare. Longum nimis hic eſſet, paulo altius huius rei petita cōprobatione ab urbe condita ad noſtri temporis Imperatores decurrere, et declarare, optimos quoſq́ Rerump. adminiſtratores ſummo ſtudio et uoluntate iuris ciuilis cognitionem perſecutos fuiſſe, ratos fruſtra bella geri, ſi, quib. legib. & inſtitutis pacē inſtituerent et conſeruarent, ignorent. Sufficit igitur unius uiri, qui in florentiſsimo Romanæ Reip. ſtatu omnes alios et ciuilib. & bellicis uirtutib. ſuperauit, exemplo ſententiā noſtram illuſtrare. Cui.n. tantum ſit flumē ingenij, cui dicendi aut ſcribendi tanta uis, tantaq́ copia, quæ nō dicā exornare, ſed enarrare C. Iulij Cæſaris res geſtas poſsit? tamē hoc prudens poſteritas magno cōſenſu affirmat, nullam in his laudē eſſe ampliorē, quàm eā, quā iuris ſcientia et legib. cōdendis conſecutus eſt. Ponunt ſibi ob oculos magni Reges et Principes, idq́ libenter crebris uſurpant ſermonib. oēs Rom. Imperatorum, oēs exterarum gentium, potentiſsimorumq́ populorum, omnes clariſsimorum

Regum res geſtas, cum Iulij Cæſaris, nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec uarietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri. Quæ omnia niſi quis ita magna eſſe fateatur, ut ea uix cuiuſquam mens aut cogitatio capere poßit, amens ſit. Sed tamen ſunt alia maiora: Nam bellicas laudes ſolent quidam extenuare uerbis, easq; detrahere ducibus, communicare cum militib. ne propriæ ſint Imperatorum. Et certè in armis militum uirtus, locorum oportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus multum iuuant: maximam uero partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi uendicat, & quicquid proſperè geſtum eſt, id pene omne ducit ſuum: At uerò illius gloriæ, quam C. Cæſar adeptus eſt, rogatis tot, tamq; ſalutaribus Reip. legibus, quæ etiamnum, tum in iure noſtro, tum apud alios ſcriptores commendantur, cuiuſmodi ſunt leges Iuliæ de prouincijs duæ, Lex Iulia Agraria, Iulia de ui, Iulia maieſtatis, Iulia iudiciaria, ſiue de ordine iudiciorum, Iulia de ſacerdotijs, Iulia repetundarum, Iulia de legib. Cæſaris, Iulia de fœnore, Iulia de colonijs: Huius, inquam, gloriæ Iulius Cæſar ſocium habet neminem, totum hoc quantumcunq; eſt, (quod certè maximum eſt) totum eſt, inquam, ipſius. Nihil ſibi ex iſta laude

centurio,

centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quinetiam illa ipſa rerum humanarum Domina fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert, Cæſari cædit, ipſius eſſe totum & proprium fatetur. Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. Quare in confeſſo eſt, ſemper poſt hominum memoriam ſummos Reges, Monarchas & Imperatores, qui laudum celebritate polluerunt, legum ſcientiam ſingulari ſtudio ornauiſſe, & plurimum etiam operæ in iis collocaſſe. Quinetiam eos, quos alioquin in omni uitiorum genere demerſos poſteritas deteſtatur, præclarè de iuriſprudentia meritos eſſe, optimas leges condidiſſe, iuris etiam tam togatos, quam anteceſſores in honore habuiſſe, nemo qui uel aliquid in hiſtoriis profecit, ignorat. Teſtes mihi ſunt in hac re Tiberius, Claudius, Domitianus, Decius, & his multo deteriores Galienus, Diocletianus, Maximinianus, Iulianus, qui tametſi præter alia maxima & plurima uitia impio quodam furore incitati animo irato et percito peſſima quæq; cōtra Chriſtianos moliri nunquam deſtiterint: tamen ius legumq; interpretationem præcipuè ad ſe pertinere ſunt arbitrati. Tiberius enim, quamuis admodum crudelis atq; immanis fuerit: tamen quod iuriſprudentiam tam di-

 ligenter

ligenter excoluit, eiusq; peritos tantopere & amauit, & ornauit, heroicæ uirtutis ſcintillas nondam prorſus in ſe extinctas eſſe declarauit. Nam leges ipſe ſanxit utiles et ſalutares Reipublicæ, Maſſurio Sabino, teſte Pomponio de origine iuris, conceſſit ut primus publicè de iure reſponderet, idq; beneficium poſtea ab eodem Tiberio alijs dari cœpit: Eundem Sabinum, uirum prius ignobilem, & cui amplæ facultates non erant, in equeſtri ordine iam grandem natu, & ferè annorum quinquaginta recepit. Claudius Imperator, licet hoſtis Chriſtianis infenſiſſimus, quo animo erga iuris ſcientiam fuerit, teſtantur cum alia permulta prudentiſſimè ab ipſo conſtituta, & in libros noſtros relata, tũ maximè Lex illa Claudia tutelaris, quæ legitimas fœminarum tutelas ſuſtinet, ut ait Vlpianus in fragmentis, et alia, qua, teſte Suetonio, ſanxit, ut pupillis extra ordinem tutores à Conſulibus darentur. Itẽ illa de fœnore, qua referente Tacito, uetuit ne creditores in mortẽ parentũ pecunias filijs familiarum fœnori darent. Domitianum etiam ſcelere uitæq; improbitate omniũ libris notatum, legum ſtudiũ omnino nõ neglexiſſe, teſtes ſunt iuris noſtri libri, in quibus aliquot eius reſcripta, quamuis pauca, ponuntur. Decius Imperator incredibili Chriſti odio flagrans,

Ita quidem tyrannide oppreſsit Eccleſiam, ut nunquam magis Chriſtiana Reſp. periclitata legatur; nihilominus leges, iurisq; æquabilitatem eum coluiſſe, ut qui in his ſalutem Reip. conſiſtere non ignorabat, notiſsimum eſt. Nec Galieno, quamuis omni uitiorum labe turpiter aſperſum, legib. & iuri ſummi honorẽ habere unquã puduit. Diocletiani uero & Maximiniani, immaniſsimorum Chriſtiani nominis hoſtium, ſtudium & auiorem in ſcientiã iuris, tot tamq; prudenter prodita eorum reſcripta, quibus totus Codex noſter refertus eſt, ſatis teſtantur. Iulianus, qui tanto odio Chriſtianorum exarſit, ut ad perdendam Chriſtianam Remp. natus eſſe uideretur; in cæteris tamen rebus iuſtitiam æquitatemq; coluit, eumque plurimum hoc nomine commendat locuples auctor Ammonius Marcellinus. Sed quorſum hæc tam multa? nimirum ut oſtenderem omnes omnino Principes & Imperatores, tam malos & impios, quam bonos & pios, hoc à natura didiciſſe atq; hauſiſſe, nihil magis ipſos decere, quam non ſolum armis uim hoſtium fortiter propulſare, ſed etiam bonis legibus paratam Rempublicam ſtabilire, ne aut ſubito corruat, aut paulatim ſua mole laborans, collabatur. Quamobrem maiores noſtri ſi quem Regem laudare uolebant, iuris

& æquitatis

& æquitatis ſcientiſſimũ, ſeruantiſſimumq́; fuiſſe prædicabant. Certè Iulius Pollux Principem quem instituit, non ſolum πολεμικὸν, *ſed etiam* νομοθετικὸν *eſſe deſiderat: Sunt enim hæc duo maximè neceſſaria, ſine quibus nullum imperium, nulla Reſp. nulla ciuitas diu poteſt ſubſiſtere. Itaq; non minus doctè, quam eleganter Iuſtinianus noſter inquit, Imperatoriam maieſtatem, nõ ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportere eſſe armatam, ut utrumq; tempus, & bellorum & pacis rectè poßit gubernari. Nam ſi, ut grauiter cenſuit Auguſtus, nulli magis, quam Principi conuenit ſalutem Reip. tueri, nunquam hoc pro dignitate præſtare poterit, qui aut neglectis armis in foro & iudicijs quotidiè obambulat, aut contemtis legibus perpetuò in prædà & ſanguine uerſabitur: Coniungenda ſunt hæc duo, nec alterum ſine altero magnopere expetendum. Neq; enim ſola arma Rempub. incolumen conſeruare poſſunt, & leges ſanè, ſi armorum præſidio deſtituantur, ubi ad bellum & caſtra uentum fuerit, una cum Repub. facile ſubuertentur. Itaq; & uerè & grauiter olim quidam Pythagoricus ſenſit, Regis, boniq; Principis officium eſſe* στρατηγεῖν, δικαιοπολεῖν καὶ θεραπεύειν θεούς. *Celebratur uulgò Neoptolemi apud Ennium ſententia Principi philoſophari quidem eſſe neceſſe, ſed*

paucis:

paucis: Philoſophia autem, in qua quidem Principes erudiri debeant, non alia mihi magis idonea, magiſq; neceſſaria uidetur, quam iuriſprudentia, hæc res priuatas, hæc publicas ferè omnes tractat, nihil domi, nihil foris ſine hac tuto fieri poteſt, huius prouidentia ſocietas ciuilis conſeruatur, nihil deniq; in toto hoc orbe quamuis ampliſsimo continetur, quod non huius ſentiat beneficium. Et cum nihil ſit ex omnibus rebus humanis præclarius aut præſtantius, ut eleganter Cicero inquit, quam de Repub. benè mereri, omnino principibus neceſſaria fuerit iuriſprudentia, ad quos ſalus publica, ciuiumq; incolumitas pertinet, quam certè nulla alia arte imbuti melius tueri poterunt, quam legum ſcientia, quæ hoc unum profitetur, hoc ſolum agit, inq; eo tota uerſatur. Satis itaq; mirari non poſſum, tam perfrictæ frontis homines reperiri, qui dicere non uereantur, principem uirum non legibus, ſed armis ſolummodo intentum eſſe oportere. Nam & Deus Opt. Max. olim ſuis ſingulariter mandauit & unicè præcepit, ut Rex legem ediſceret, eamq; ſequeretur in tota gubernatione ſua: Et ueriſsimum eſt illud, quod Iuſtinianus noſter ait, Deum ob id Regem in terra ſtatuiſſe, ut otioſis deſidioſisq; ſuas imponeret uirtutes, legesq; adaptaret ad naturæ uarietatem. Quod non ali-

C ter

ter ſanè fieri poteſt, niſi et ipſe leges utcunq; tenuerit, eorumq; opera quotidie utatur, qui in huiuſmodi ſtudijs omnem operam, diligentiam atq; induſtriam poſuêre. Lampridius grauiſsimus auctor ſcribit Alexandrũ Seuerum ideo ſummũ fuiſſe Imperatorẽ, quod Vlpiani conſilio Remp. adminiſtrauerit: & ſolent quidem boni Principes, qui ipſi ſingulis negotijs præſidere nõ poſſunt, huiuſmodi ſibi, uiros in conſilio adhibere, quos & morum grauitas, ſeueritasq;, & in primis iuris ciuilis ſcientia commendat. Legimus enim Diuum Traianum ualde reuerenter coluiſſe Celſum patrem, Neratium Priſcum tanto fauore eſt proſecutus, ut ſæpius in animo habuerit eum ſibi ſucceſſorẽ relinquere. Idem certè Adriano curæ fuit, qui Saluium Iulianum Mediolanenſem plurimi fecit, cuius opera edicta Prætorum, quæ uariè antea ſparſa fuerunt, in certum et concinnum redacta ſunt ordinem. Porro Septimius Seuerus condiſcipulum ſuum Papinianum, quem excelſi ingenij uirum ſæpius appellat Iuſtinianus noſter, tantopere ſemper dilexit, ut eum præfectura prætorij Imperator donauerit. Fuerunt et alij permulti Principes illuſtriſsimi, quib. nihil prius fuit, quam huiuſmodi uiros ſibi per quam familiares reddere, quorum fidem, doctrinam & diligentiam ſatis antea perſpectam, cogni-

tamq;

tamq; habebant. Et nihil ſanè meo quidem iudicio à bono Imperatore præſtantius, nihil melius, nihil utilius Reip. fieri poſſe arbitror, quam bonis legibus fundare Rempub. iisq; fide dignos cuſtodes præficere, qui nullis præmijs, nulla gratia, odio aut miſericordia, cæterisq; animi perturbationibus facile à recta ratione dimoueantur. Nam ſi recte Ariſtoteles in Ethicis Principem cuſtodem & conſeruatorem iuris eſſe dicit, quid obſecro ei in uita charius eſſe debet, quam leges utiles & ſalutares Reipub. diligenter defendere atq; tueri, ne à δωροφάγοις (eo enim nomine ab Heſiodo appellantur, qui leges uenales habent) aſſiduo conuellantur & Polypi in morem in omnes formas commutentur? Quamobrem ille demum optimus Imperator, ille profecto Dux egregius, ille diligens Reipub. moderator fuerit, qui leges earumq; dignitatem maximè ad ſe pertinere arbitrabitur.

Nunc ad T. C. Princeps illuſtriſsime mea ſe conuertit oratio, quam ut benigne libenterq; in aures animumq; ſuum admittere dignetur, uehementer etiam atq; etiam rogo. Non enim temperare mihi poſſum, quin poſtquam uarias diuerſorum Ducum & Principum uirtutes recenſui, in tuas etiam et clariſsimæ familiæ Medicææ laudes, quantum hic locus, & inſtituti

mei ratio fert, erumpam. Quod dum faciam, haud equidem uereor, ne aſſentatione quadam gratiam tuam uidear aucupari. Ea eſt enim tuarum, & familiæ tuæ uirtutum apud omnes gentes gloria & fama, ut qui eas non admiretur, maleuolus potius, quam qui eas laudet, aſſentator debeat uideri. Si enim eos uiros memoria repetamus, qui rerum bellicarum gloria & magnitudine nominis ſui immortalitatem ſunt conſecuti, offerunt ſe ex clariſſima Medicæa familia quam plurimi, qui non modo eorum hominum qui nunc ſunt, gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam uirtute ſuperarunt. Nam, ut taceam alios, in Ioanne Medice, T. C. parente, tam eximia fuit belli ſcientia, tam ſingularis uirtus, tam clara auctoritas, tam egregia fortuna, ut neminem unquam tam impudẽtem fuiſſe exiſtimem, qui à Deo Opt. Max. tot & tantas dotes tacitus auderet optare. Vellem equidem & in primis liberet mihi tanti uiri laudes celebrare, & quoties ille cum hoſte conflixerit, quot bella geſſerit, quibus uictorijs ac triumphis uitam ſuam traduxerit, etiam meis, quantumuis tantarum rerum gloria minus dignis literis conſignare. Verum tot, tamq; inſignes ſuarum laudum præcones inuenit, ut nulla temporis diuturnitas eius uiri memoriam ſit obſcuratura: quæ

laudes

laudes eius tantæ ſunt, ut etiamſi omnes libri, omnesq́; hiſtoriæ ſilerent, per ſe tamen ſuum ſplendorem ab obliuionis tenebris poſſent tueri. Vnum tamen illuſtre eius uirtutum teſtimonium hic prætermittere non poſſum, quod cùm ex alijs multis, tum ex Philippi Decij ſummi Iureconſulti, & Præceptoris mei ore memini me audire: qui cùm L. ut uim, De iuſt. & iure, explicaret, inſignis uirtutis & auctoritatis exemplum in Ioanne Medice ponebat, referens Franciſcum Galliarum Regem fortiſsimum & prudentiſsimum heroem, poſtea quàm in Ticinenſi prælio captus eſſet, dixiſſe, nunquam ſe captum in hoſtium poteſtatem perueniſſe, ſi Ioannes Medices non fuiſſet uulneratus. Similiter in tætra illa atq; impia urbis direptione omnium ſermonibus uſurpatum fuit, nunquam in eam fati infelicitatem urbem perueniſſe, ſi Ioannem Medicem paulo antè infœlix Italia non amiſiſſet, qui incredibilis uirtutis, & ſingularis auctoritatis ſuæ opinione facile ab inaudita calamitate florentiſsimam illam Italiæ partem defendiſſet. Magnæ ſunt iſtæ, Princeps illuſtriſsime, familiæ tuæ laudes, adeo ut etiam ſi in illa præter parentẽ tuum, tot uirtutum generibus ornatiſsimum, nulli alij excelluiſſent, digna tamẽ uideatur, quæ perpetua laude ad cœlum euebatur. Iam uero cum alij quam plurimi

in illa familia tantis uirtutibus polluerunt, ut eorum laudes non ſolum per Italiam, Germaniam, Galliam et Hiſpaniam diffuſæ atq; diſperſæ ſint, ſed iiſdem quib. Sol regionibus contineantur, quis dubitet affirmare, non ſolum Italiæ, ſed etiam totius orbis terrarum bono familiam Medicæam eſſe excitatã, & ad ampliſſimas opes & dignitates euectam? Nolo ego hic commemorare illos, qui reb. militiæ geſtis præſtiterũt alijs: Hac enim in parte tantæ ſunt patris tui laudes, ut ſi quis eas oratione complecti uellet, amens ſit iudicãdus. Taceo quoq; Florentiam noſtram, quæ optimo iure præ reliquis Italiæ ciuitatibus pulchra uocatur, omnem penè ſplendorem & magnificentiam ſuam Medicææ familiæ acceptam ferre debere, ut quæ plurima, eaq; inſignia templa, Baſilicas et palatia priuatis impenſis ad urbis ornatum in illa exſtruxit. Non dicam quos uiros ſupremis in Eccleſia honoribus idoneos illa familia produxit. Quis enim ſanctitatem, iuſtitiam & prudentiam Leonis Decimi? Quis Clementis VII. uitæ integritatem & ſanctimoniam, non dico uerbis exprimere, ſed mente aut cogitatione capere poſſit? Ad illos, qui in pace & otio optimè de re literaria mereri pulchrum & glorioſum eſſe duxerunt, noſtra feſtinat oratio. Hi enim propriè ad inſtitutum noſtrum pertinent,

tinnet, in quo hoc contendimus, eos ueram immortalitatis uiam ingreſſos, qui cùm omnium aliarum artium ſtudia, tum maximè legum ſcientiam amarunt & excoluerunt, in hisq; artibus excellentes uiros ſuis beneficijs ornarunt. Celebrantur multi in antiquitatis hiſtorijs, qui magnis ſumptibus & impenſis bibliothecas inſtituerunt, inter quos meritò primas fert Ptolomæus Philadelphus, Rex Aegypti, Stratonis diſcipulus, qui quod undiq; conquiſitos libros, & ex ipſis αὐτογράφοις *deſcriptos in Alexandrina bibliotheca repoſuit, quæ præter Hippocratis opera, cedrinis forulis incluſa, ſeptingēta, ſiue ut alij dicūt, ducēta millia librorū continebat, hinc nomē ſuum cœlo æquauit. Idē laudis iter nō infeliciter tētarunt ueteres quidam Romani, gloriæ et immortalitatis ſtudioſiſſimi. Aſinius Pollio hoc nomine ſēper laudabitur, quod primus Romæ bibliothecam de manubijs dicauit, eamq; doctiſſimorū nirorū imaginib. uel ueris uel fictis ornauit: atq; ea in re Alexandriæ et Pergami reges uiſus eſt ſuperare. L. Lucullus inter alias ſplēdoris & magnificentiæ laudes, hāc quoq; obtinuit, quod numeroſam et ornatam bibliothecam cōparauit, quæ cūctis pateret, etiā peregrinis, quorū diſputatiōes libēter audiebat. Quib. oib. Clem. VII. ſummus Pōtifex, Coſmus et Laurētius*

Medicæi

Medicæi non inferiores, immortali laude uigebant: quippe qui incredibili ſtudio, atq; immenſis ſumptibus, conquiſitis undiq;, non ſolum ex Italia, Gallia & Hiſpania, ſed etiam ex media Græcia & Arabia antiquiſsimis & manuſcriptis libris huiuſmodi bibliothecam inſtruxerunt, qualem nec noſtra, nec patrum noſtrorum memoria habuit quiſquam, aut ſe habiturum auſit ſperare. In qua præter alia innumerabilia antiquitatis monumenta, etiamnum hodie ille incomparabilis Pandectarum iuris theſaurus uiſitur, dignus mehercule, qui ſingulis annis, reliquiarum inſtar accenſis facibus publice oſtendatur et quodammodo adoretur: qui theſaurus ſuperiorib. annis Tuæ celſitudinis liberalitate, cum ſumma omnium doctorum uirorum gratulatione typis excuſſus, & in lucem editus eſt. L. Syllam, ſi armorum laus, & uictoriarum gloria cum non illuſtraſſet, tamen uel eo ſolo, quod Ariſtotelis opera in expugnatione & conflagratione Athenarum à flammis atq; interitu uindicauit, nominis immortalitate grata poſteritas coronaſſet. Medicæorum igitur ſtudium & uoluntatem erga rem literariam, quæ unquam delebit obliuio? qui non ſolum maiorem librorum Ariſtotelicorum partem, ſed optimos quoſcunq; omnium ſcientiarum auctores, qui à fœda & latè dominante

nante

nante barbarie multis iam ſæculis oppreſſi, uix nomen ſuum tuebantur, cum magno totius humanæ ſocietatis beneficio reſtituerunt. Nam, ut taceam de reliquis, nunquid latinam linguam, omnibus alijs præſtantiorẽ, in turpibus illis barbariei ſordibus, aut perpetuo ſqual leſcere, aut prorſus interire oportuiſſet, ſi non Franciſci Petrarchæ ſtudium & labores in Cicerone latinæ linguæ parente reſtituendo Medicæi ſtatim & opulentia & benigna uoluntate ſua excepiſſent? Vnde nobis T. Liuij decades, niſi ex Medicæa bibliotheca, omnis literaturæ uberrimo fonte prodijſſent? Teſtantur enim hiſtoriæ hunc rerum Romanarum fidiſſimum & elegantiſſimum ſcriptorem à Coſmo Medice antiquo primum Alfonſo Arragonum et Siciliæ Regi doctiſſimo donatum eſſe, qui eum poſtea in bibliotheca ſua, quam multis & uarijs libris inſtructiſſimam habuit, repoſuit. Vnde nobis Græcæ literæ, ſine quibus nullæ ſcientiæ ac diſciplinæ plenè perfecteq́ percipiuntur? Nempe & harum damnoſam ruinam opifex rerum, & benignus largitor Deus per Medicæam familiam nobis reſtaurauit. Nam cum multis iam ſæculis à tempore Gottorum & Vandalorum, quorum barbarie & truculentia omnes artes & ſcientiæ ex Italia profligatæ erant, etiam Græcæ literæ Italiam

reliquiſſent, primum Coſmus Medices, deinde Laurentius eius nepos, quos honoris gratia libenter ſæpius nomino, doctos uiros è Græcia euocare, & ſuis impenſis alere cœperunt, quorum ſtudio atq; opera illud tanto tempore amiſſum Græcæ linguæ decus recuperaretur. Inter quos numerantur Demetrius Chalcondylos, Theodorus Gaza, Cõſtantinus Laſcharis, alijq; quam plurimi, quorum ſtudio & diligentia, fortunante Deo Opt. Max. omnium linguarum primo auctore, breui effectum fuit, ut Græcæ literæ non ſolum in Italia priſtino ſplendori reſtituerentur, ſed etiam altiſsima Alpium iuga undequaq; tranſgreſſæ, per totum Chriſtianum orbẽ latiſsimè diffunderẽtur. Quare Germani, Galli, Hiſpani & omnes his coniuncti populi tantum beneficium, ſecundũ Deum, ſoli Medicææ familiæ acceptum ferunt, eiuſq; in bonas literas amorem æternis laudibus extollent & prædicabunt. Franciſcus Galliarum Rex, non minus literis, quam armis clarus, etiam hoc nomine magnorum uirorum ſcriptis commendatur, quod cum Pariſijs apud S. Victorem, et in arce Fontanablio bibliothecas inſtituiſſet, Guilielmum Poſtellum, uirum eruditiſsimum ſuis ſumptibus diu in Oriente aluerit, qui uaria librorũ genera ibi conquireret, quibus illæ bibliothecæ illuſtrarentur.

Quanta

Quanta igitur Mediceæ domui debetur gloria, quæ ſemper & domi & foris non unum ſolum, ſed plures ſimul uiros omniũ opinione doctiſſimos & in uarijs linguis excellentiſſimos ſuſtentauit? quales fuerunt Marſilius Ficinus, Angelus Politianus, Hermolaus Barbarus & alij infiniti, qui ideo felices æſtimandi ſunt, quod ijs uiris placuerunt, cum quorum immortali gloria & ipſi nominis ſui cõmemorationem cũ omni poſteritate adæquarunt. His omnibus accedit quoq;, illuſtriſſime Princeps, eorum qui in familia ueſtra floruerunt, publica et priuata in uiros doctos liberalitas, quæ tanta fuit, ut uel hoc ſolo nomine maiorum tuorum uirtutes nunquam ſint morituræ. Nihil enim tantum momenti confert ad nominis immortalitatem adipiſcendam, quam de ijs bene mereri, per quos omnis memoria conſeruatur. Magnæ ſunt res geſtæ Cn. Pompeij, illuſtres uictoriæ, celebres triumphi: Quorũ tamen oĩum memoriã citius aboleri poſſe, ego mihi perſuadeo, quàm eius liberalitatis, quã in uiros eruditos et liberalium artium profeſſores exercuit. Theophanẽ Mitylenæum, rerũ ſuarum ſcriptorẽ in concilio militũ ciuitate donauit: Cum Rhodi eſſet, profeſſores liberalium oẽs audire uoluit, & præceptori cuiq; talentum dedit, cuius rei gratia Poſſidonius ad Hermagorã Rheto-

rem ſcribens, Pompeij laudes celebrat. Eadem liberali litate, poſtquam Athenas perueniſſet, in Philoſophos uſus eſt: Quin etiam in gratiam doctorum uirorum, quibus illa ciuitas ſemper abundauit, ad ornatum, urbisq́ architecturam quinquaginta talenta deſtinauit. Maior aliorum Regum & Principum in uiros literatos paßim commendatur benignitas, quibus ut in omnibus alijs, ſic nec in hac parte Medicæi ſunt inferiores. Nam ut taceam hic quanta munificentia priuatim in doctos homines maiores tui uſi ſint, quid magnificentius dici poteſt, quam quod non ſolum Iureconſultos, uerum etiam medicos, philoſophos, & deniq; omnium ſcientiarum profeſſores inaudita ſtipendiorum magnitudine ornarunt? Quamdiu enim Socinus antiquus, Felinus, Aretinus, Decius & ſimiles Iureconſultorum et Canoniſtarum Coryphæi, quorum monumenta nulla unquam uetuſtas abolebit, uſurpabuntur, tam diu Medicæorum liberalitas prædicabitur, qui non ſolum mille, quod ante eos tota Italia inauditum eſt, ſed etiam mille & quingentos coronatos ſalarij loco uni aßignauerunt. Quis unquam medicum aut philoſophum mille coronatis docuiſſe uidit, legit aut audiuit? At uerò Matthæum Curtium, medicorum noſtro tempore excellentißimum, Auguſtinum Sueſſanum

num & Portium, ſummos philoſophos, mille ducentos, et ultra ſtipendiorum loco quotannis habuiſſe, cum ſempiterna & ueſtræ familiæ & ipſorum profeſſorum gloria, omnis poſteritas admirabitur. Quare nemini mirum uidetur, ſi ad omnes honores et dignitates, quæ in tota Chriſtiana Repub. patere poſſunt, unica iſta familia euecta eſt. Ex hac enim ad Romanæ Eccleſiæ gubernacula duo ſummi Põtifices, præclara Apoſtolicæ ſedis ornamenta, incredibili omnium ordinum conſenſu creati ſunt. Huius familiæ affinitatem expetiuerunt, non Reges ſolum & Principes, toto orbe Chriſtiano potentiſſimi, ſed etiam ipſi Romani Imperatores. Quos honores cum ob alias multas & eximias uirtutes, tum ob eam maxime diuino munere & conceſſu uobis delatos eſſe opinor, quod tanto amore & beneuolentia liberales artes ſemper proſecuti eſtis, doctos uiros ornaſtis, &, quod familiam ducit, bibliothecas inſtruxiſtis. Nunquam enim Gordianum in famam bonorum uirorum perueniſſe, atq; ad Imperatoriam maieſtatem euaſiſſe Iulius Capitolinus teſtatur, niſi Sammonici Sereni bibliothecam ſexaginta duobus millibus librorum egregiè inſtructam, teſtamẽto Sammonici ſibi relictam amauiſſet & illuſtraſſet. Verum illuſtriſſime Princeps, hæc tot tantarumq; laudum,

quibus maiores tui excelluerunt, celebritas, parum ad te pertineret, niſi tu quoq; iiſdem uirtutibus ad immortalitatis laudem tam feliciter aſpirares. Non enim ut bonorum, ita uirtutum quoq; paternarum hæreditaria eſt ſucceſſio: ſuis quemq; uirtutibus emergere oportet. Quod & Antigonus Rex adoleſcenti cuidam forti ac ſtrenuo parente nato importunius patris ſui ſtipendia petenti, cum ipſe nec militari laude, nec animi magnitudine clarus eſſet, grauiter reſpondit: Atq; ego, inquiens, non paternæ, ſed propriæ fortitudinis mercedem tibi debeo. Quare ſi recte diuinus ille Plato iudicauit, eas demum beatas eſſe Reſp. in quibus aut Principes philoſopharentur, aut philoſophi imperarent, merito Florentia beata iudicanda eſt, quæ fatali quadam periodo in alium ſtatum mutata, ad eius ſolius dominatum peruenit, qui non ſolum uiros doctos amare & exornare magnificum eſſe exiſtimat; uerum ipſe quoq; omni Philoſophia probè inſtructus, boni Principis officium, ut non ignorat, ita etiam fideliter adminiſtrat. Nam quanta cum prudentia, quo conſilio, T. C. hoſtibus ſuis deuictis & ſuperatis, pacem & tranquillitatem illi ciuitati attulit, quæ antea ſemper inteſtinis & plus quam ciuilibus odijs inflammata perpetuos tumultus alebat, qua inſuper uirtute & auctoritate

ritate tandem aliquando partum otium & quietẽ ampliſsimi dominij Florentini ſuſtineat ac defendat, tota Italia prædicat & admiratur. Iam enim perpetua pace fruitur Florentia, quæ tunc aſsiduis bellis affligebatur: ciuium fortunæ nunc in tuto ſunt, quæ tunc aduerſariorum inuidiæ expoſitæ, facile in periculum adducebantur: nunc Piſana & Senenſis uniuerſitates lectiſsima diſcentum multitudine florent, quæ tunc propter frequentem armorum ſtrepitum parum frequentabantur. Nunc plurimæ ac fortiſsimæ munitiones nõ ſolum Florentiæ, ſed etiam per uniuerſam Etruriam immenſis ſumptibus per te extruuntur, quarum defectu tum ad tumultus & rebellionem facile populi illi excitabantur. Perge igitur, illuſtriſsime Princeps, iſta tua uirtute frui, afflictam diu Remp. ſubleuare, pacem eius conſeruare, ciuium opes & incolumitatem tuam eſſe putare, &, quod familiæ tuæ proprium eſt, bonas artes exornare. Hoc enim uerum ad gloriam iter eſt, quod omnes poſt homines natos boni Principes ingreſsi, immortalem nominis ſui recordationem reliquerunt. Cæteros uerò, qui paci bellum anteponentes, metui à ſuis, quam amari maluerunt, qui cupiditatibus ſuis obtemperantes, ciuium ſuorum opes euerterunt, qui indocti pulchras ſcientias oderunt, perpetua

perpetua

petua cum infamia omnis poſteritas deteſtabitur. Verum ut tandem finem dicendi faciam, quoniam multis iam uerbis oſtendi, non minus legum, quam armorum ſcientiam & uſum principem uirum decere, & ſimul demonſtraui Medicæam familiam cum primis hoc nomine apud omnes nationes nobilē eſſe, omnino mihi perſuaſi, nihil me temere facturum, ſi tuæ Celſitudinis legum quarundam interpretationem, ſumma cum obſeruantia, & maiori cum ueneratione obſequioq́; dedicarem. Illud autem me aliquamdiu magis anxium, ſolicitumq́; habuit, quid nam potiſsimum ex multis meis opuſculis tanto Principe, & tam bene de uniuerſa re literaria merito non indignum uideri poſsit. Et dum ſingula mecum expendo, ingeniiq́; mei tenuitatem cum hoc tanto ſplendore confero, omnia ſtatim uſq; adeo mihi uiſa ſunt minuta, ut ſæpius ſtatuerim me intra meam pelliculam continere, memor illius Horatiani,

Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede uerum eſt:

Placet enim mihi mirum in modum Socratis modeſtia, qui rogatus cur nihil ſcriptis mandaret, quia chartam, inquit, pluris æſtimo, quam quæ à me conſcribi poſſunt. Sed cum maxima & plurima merita tua erga doctos uiros & uniuerſam rem literariam ab omnibus prædicantur, melius eſſe duxi aliquod nominis

mei periculum facere quam tot tantasq́ tuas, et totius familiæ Medicææ uirtutes ſilentio præterire, et non, ſi quam diuturnitatem ſcripta mea merebuntur, ad poſteros propagare. Quare illuſtriſſime Princeps, rectè me facturum eſſe exiſtimaui, ſi tractatum MORAE in iure noſtro & ſubtilem & utilem T. C. offerrē, quam nulla mora unquam gloriæ iter ingredientem retardauit, ſed quæ cōſilij celeritate, prudentia rara, uirtute incredibili, auctoritate deniq; ſingulari omnibus tumultib. ſedatis, pacem in toto dominio Florentino conſtituit. Rogo igitur T. C. ut iſtud quantumcunq; ingenioli mei munuſculum, ſummæ erga ſe fidei atq; obſeruantiæ indicium atq; argumentum, benigne, libenterq́; ſuſcipere dignetur: Quod ſi fieri intellexero, ſanè horum laborum meorum fructum me conſecutum eſſe putabo, & porro alacrius lucubrationes meas in lucem proferam, & cum multis communicabo. Bene & feliciter ualeat T. C. cui me meaq; omnia ſumma cum obſeruantia, eaq́; qua par eſt, animi ueneratione, perquam officioſè commendo. Ingolſtadij calend. Iulij. Anno M. D. LXIX.

AD COSMVM MEDICEN

potentiſsimum Florentiæ & Senarum Ducem, in præſentem D. Bartholomæi Romulei Florentini librum Ioannis Agricolæ Hammonij Medi-cinæ Profeſſoris, & Vniuerſitatis In-golſtadienſis Camerarij

Carmen.

Πολλοὺς οἰνοτρίων πλῆσαι πόλιες μὲν ἀγαυοὺς
Ἄνδρας, ἔδωκαν ἐπὶ σπουδῇ κλυτὸν οὔνομ' ἔχοντας·
Ἀλλὰ παρευδοκιμεῖ καλὴ Φλωρεντία πάσας.
Ἡ γὰρ Δυμέτριον Χαλκόνδυλον ἔσχε, τε γάζαν
Τὸν Θεόδωρον, ὃς ἦτο μεγίστης δεξιότητος
Φωνῇ καὶ καλάμῳ, δὴ ποικίλα βιβλία πιστά
Ἡρμήνευσε γέρων πολύμητις· τοὺς δὲ καὶ ἄλλους
Λάσκαριν ὃν Κονσταντῖνον μεγαλώνυμον εὖχος
Ἑλλάδος Αὐσονίης τε· γὰρ αὐτοῦ κῦδος ὀλεῖται
Οὔποτε Πουλιτίανον ἂν εὐδοκιμώτατον ἄνδρα,
Τ' ἄλλους μὲν καὶ πλείονας, οἳ τέχνας τ' ἐρατεινάς,
Καὶ σοφίαν παρέδωκαν. ἐν οἷς καὶ Βαρθολομαῖον
Ἡμέτερον δὴ Ῥωμύλεον γονιμώτατα δῶκε
Δικαστήν, νομικὸν τ' ἄσκητον φέρτερον ἄλλων.
Ἐστὶν ἀνὴρ μόνος ἐν παυροῖς· γὰρ γράμματα βίβλους
Ἐν νομικοῖς γράψας περὶ ὧν μεμέληκε μάλιστα.
Πολλάκι μὲν χρηστοῖσι νέους δωρήσατο βίβλοις,
Τέρψιν ὃ οὐκ ὀλίγην ἀναγιγνώσκουσι πάρουσι.
Συλλέλογ' εἰς βίβλον νῦν ταύτην πολλὰ παλαιά,
Ὥστ' ἐνὶ ἀργυριοῦστι χρεῶ περίφαντα παρολκῇ
Ἐν μεγάλαις νομικοὶ πινάκεσσι βίβλοις ἐνέθηκαν
Εὖ τε περιφραδέων ἐνὶ βίβλῳ τῇδε διδάσκων,
Καί τε λόγοις δυνατοῖς ἑτερόφρονα δόγματ' ἐλέγχων.
Τοὔνεκα οἰνοτρίων ἡγήτορι κηδαλίμκοτε
Φλωρεντίας εὔφρων ἐστὶν φιλομάθεσσιν
Ἠδ' ἦς· γυμνασίου μέγα θαῦμα δὲ Ἀγγλιπολεῖως.

Latinum

Latinum factum á Ioanne Geilenkirchen Iuliacenſi.

VRbibus Auſonijs clarorum effuſa uirorum eſt
Magna cohors, ſtudijs qui æquarunt nomen Olympo:
Pulchra ſed exuperat Florentia nomine cunctas.
Namq; hæc Demetrium Chalcondylon, & Theodorum
Gazam habuit dextrum calamo, linguaq; diſertum,
Qui canus uarios prudenti pectore libros
Tranſtulit interpres fidus, ſuper æthera notus.
Laſcarin hæc Conſtantinum, Græciſq; Latiniſq;
Eximium decus, æternum cui fama manebit.
Inſignem candore uirum quoq; Politianum:
Et plures alios, pulchras quibus omnibus artes
Acceptas ferimus, Sophiæq; ſalubria iuſſa.
In quibus & nobis legum dedit illa peritum,
Romuleum, cunctis uſu qui præſtat & arte.
Eſt etenim è raris unus: quippe abdita legum
Illuſtrat ſcriptis, hæc illi prima uoluptas:
Vtilibus libris donauit ſæpe iuuentam,
Et qui iucundos animos lectoribus addunt.
Nunc antiqua librum non pauca coëgit in iſtum,
Quæ magnis libris iuris docuere magiſtri
De pigris, MORA quos tardat, debentibus aurum:
Hæc pulchrè tradit libro perdoctus in iſto,
Quæ faciant contrà ualida ratione refellens.
Ergo tibi Coſmo quo Principe Thuſcia floret,
Et Florentinæ præluſtris gloria genti
Romuleus uiget, Iſtriacæ ſpes magna iuuentæ,
Anglipolitani decus immortale Lycæi.

EIVSDEM IOANNIS GEI-
lenkirchen Iuliacenſis.

DYnus, Ioannes Andreæ, Accurſius una
Sunt Florentina, doctorum matre uirorum,
Gente ſati, gemini coryphæi iuris & artis.
His quartum adiungas, numerũ hunc qui iure meretur,
Romuleum, ciuem patriæ florentis ad Arnum.
Seu calamum cernas, ſeu doctæ oracula uocis,
Inferior nulli cedit, iam uiuus ubiq;
Laude potens, merito fruitur celebratus honore,
Viuet & inuidia maior poſt fata ſuperſtes.

AD CLARISS. VIRVM B. Romuleum Florentinum I. C. celeberrimum, Carmen Philippi Menzelij P. P.

ADmirande ſenex, quo gaudet Hetruſcus alumno
Arnus, & effertur doctore Thuiſconis ora,
Qua tollam te laude? quibus nam uocibus æquem?
Seu iuuenum denſa circùm ſtipante corona
Incidis uarias lites, obſcuraq; Legum
In lucem reuocas facili ſuauiſſimus ore:
Siue tibi multum uigilata uolumina quondam

Euulgas

Euulgas orbi, paterisq; uenire ſub auras.
Iam lætus partis, pulcroq; labore peracto.
Sic equidem ſeros ubi uitæ contigit annos
Albus olor, nullis notus modulatibus antè,
Tum liquidos fundit cantus, anguſtaq; blandum
Dat per colla melos: tacitæ ſtant undiq; circum
Et mirantur aues dia, ac inſueta canentem.
Sic apis, haud niuium, brumæq; ignara futuræ
Sole ſub æſtiuo per florida rura, per hortos
Et uolat, & reuolat, dulci diſtenta liquore,
Ac flauos onerata pedes: hinc læta cauernas
Ad plenum ſtipat. Tunc ut comitata pruinis
Venit hyems, clauſitq; uias nix fuſa per agros,
Mellifluis illa in ſtabulis ſecura quieſcens,
Congeſtas depromit opes, ueteremq; laborem.
Fortunate ſenex, ſi non tibi prædia centum,
Non auri uis magna, nec ingens cenſus auorum,
At clarus, celebriſq; uirûm tu docta per ora
Diſcurris, nomenq; geris, quod carius auro,
Carius argento eſt, regumq; laceſſit honores.
Quid? quod & in tenebris operum pars magna tuorum
Iamdum preſſa latet, nec adhuc innotuit orbi.
Eia agè rumpe moras: ſine, tranſſcribantur ut ære
Sollerti, nec deinde bonis communibus obſta:
Neue tuam differ uentura in ſæcula laudem.

Sunt tibi, ſunt quorum ueluti ſub numine tutus,
Effugias Momum (ſi quid tamen ullibi Momum
Effugiſſe poteſt, quod laudem cunctꝫ meretur)
Eſt patriæ decus ille tuæ, quem nomine uero
Ominibusqꝫ bonis COSMVM dixêre parentes,
Maximus ille Ducum, cui fortis Hetruria ſeſe
Subdidit, optauitqꝫ ultrò Florentia fœlix,
Impoſuitqꝫ ſibi dominum, mirata genusqꝫ
Virtutemqꝫ uiri, benefactaqꝫ ſparſa per orbem.
Ecquis enim Medicûm reuocatas munere Muſas
Neſciat, ac media ueluti de morte reductas,
Quandò id agunt, doctis ne iam ſua præmia deſint,
Iuſtus & ingenuas ut bonos exuſcitet artes.
Hunc tu præ reliquis, moneo, crebercꝫ monebo,
Cui tua, teqꝫ dices proprium, captare memento.
Non erit hoc tanto tibi gratia nulla patrono.

M. THOMAS STANgerus Friſius.

CLarus ut in tremulis ſplendeſcit Cynthius undis,
Nobile Romulei redimitum pondere legum,
Sic quoqꝫ fulget opus. Vos terqꝫ quaterqꝫ beati
Plaudite iuſtitiæ iuuenesqꝫ ſenesqꝫ dicati.
Materiam ambiguis Doctorum tempore primo

Senſibus

[illegible] expoſitam, trutinatam lancibus æquis
Cernimus ante oculos, hanc perdidiciſſe iuuabit.
Eius ROMRLEI labor eſt, quem iura docentem
Luſtris iam quatuor fœlix poſſedit, & ultra
ANGLOPOLIS, nec adhuc uox clara in fau-
Plura miniſtrabit, ſi detur longior ætas, (*cib. hæret,*
Corporis & ſolidum robur, ſtudijq́; poteſtas.
Nititur ulterius factis extendere famam,
Donec erit toto manifeſtum nomen in orbe.

IN DOCTISSIMAS LVCVbrationes, Domini Bartholomæi Romulei, Nobilis Patricij Florentini, eiuſdem Iureconſulti clariſsimi, nec nõ in celeberrima Ingolſtadienſi Academia LL. Profeſſoris ordinarij & primarij Georgij Roneri carmen.

MAgna fuit quondam florentibus inclyta re-
(*gnis*
Roma ſuis opibus ſplendida, Marte potens.
Hanc non Annibalis truculenta potentia uicit,
Nec potuit Pyrrhi uincere ſæua manus.
At nunc ecce nitet ſacratis legibus illa,
Creſcit in immenſum cotidieq́; magis.

Hoſpita

Hoſpita iuſtitiæ eſt, cuſtos immota pudoris,
Nec non iuridici fabrica pulchra fori.
Sed neq; nunc Romæ cedit Germania noſtra,
Quæ eximios iuris nutrit alitq; uiros.
Qui quo Teutonicæ poſsint prodeſſe iuuentæ,
Euoluunt uarios nocte dieq; libros.
Inter quos facilè præ multis tempore noſtro
ROMVLEVS iuris uiua lucerna uiget.
Qui tradit ſacras infuſo lumine leges,
Legiferiq; docet ſancta ſtatuta fori.
Nodoſos canones, numeroſa uolumina legum
Qui mira ingenij dexteritate tenet.
Id quod ab hoc libri ſcripti teſtantur ubiq;,
Quos excudendos nunc dedit ille typis.
Nec contentus eo, complura uolumina ſcribit,
Vsq; adeò cunctis conſuluiſſe ſtudet.
Aſpice quæ facies, huius qua forma libelli
Sit, quà ſintq; ſuo tradita cuncta loco.
Quis tituli iſtius ſenſus ſit, quæ ſit origo,
Quidq; ſibi in titulo hoc dictio quæq; uelit:
Hæc te præceptis leuibus monumenta docebunt,
Et ueluti tibi dux iſte libellus erit.
Nam quæ codicibus magnis ſcripſere uetuſti,
Hic liber inſigni cum breuitate docet.

Et

Et quæ difficili & magno quærenda labore
Nunc hic, nunc illic antè fuêre tibi:
Hæc tibi cuncta ſimul collecta redegit in unum
ROMVLEVS magna ſedulitate librum.
Hic etenim legum ſacrarum eſt Oedipus alter,
Iuridici & noſtri firma columna gregis.
Hic eſt ROMVLEVS, cuius facundia præſtãs
Perculit Auſonios Teutonicosq; uiros.
Cui ſi lanificæ producant longa ſorores
Stamina, mox nobis Bartolus alter erit.
Quid referam multis? ſi fas eſt dicere, dicam,
ROMVLEVS ſenſu iudicioq; potens:
Excellit iuris Doctores, quotquot in orbe
Eoo uiuunt, occiduoq; ſimul.
Ergo age qui celeri pede tendis ad ardua iuris,
Iſtius & legis uim bene noſſe cupis.
Hunc tu ROMVLEI (quid.n. legiſſe nocebit?)
Perlegito librum, quod petis, inde feres.
Perlege ROMVLEVM, priſci ueſtigia iuris
Agnoſces, priſcum cernitur inde decus.
Perlege ROMVLEVM, nec in una parte uide
Abſtruſi quicquid dogmata iuris habent. (bis,
Quiſquis at hunc librum legis, opta pectore toto,
Vt liber in doctas uadat, eatq; manus.
Et dic, iſte liber uiuat, dum Rhenus & Iſter
In mare cum gelidis ambo feruntur aquis.

F *Tu*

Tu quoq; Bartholomæe, tuæ qui es gloria gentis,
Famaq; Romulidæ non moritura domus:
Perge tuis ſcriptis exponere dogmata legum,
Cæſarei & iuris concelebrare decus.
Sic apud imberbes uiuet tua fama nepotes,
Ingenij uiuent ſic monumenta tui.
Atq; tuum nomen toto celebrabitur orbe,
Et tibi poſt cineres gloria maior erit.
Sic tibi dent ſuperi tranquillæ tempora uitæ,
Ac ueniant Phylij luſtra quieta ſenis.
Hæc precor ex animo (quid.n. precer amplius iſtis?)
Dij dent, ut iuſto pondere uera precer.

Octoſtichon in Inſignia gentilitia Nobilis ac Claꝛiſsimi uiri, Domini Bartholomæi Romulei Florentini, Iureconſulti celeberrimi, ac in Ingolſtadienſi Academia LL. Profeſſoris ordinarij Primarij, per Georgium Ronerum.

ASpice ROMVLIDAE proauita inſignia ſtirpis,
Quæ genus antiquum & nobile ſtemma probant.
Lilia, ſylueſtris pinus, foricataq; caſsis,
Vnicaq; quodq; animal cornua fronte gerit.
Scilicet hanc ſtirpem belloq; togaq; fuiſſe
Eximiè claram, en hæc monumenta notant.
Viuite Romulidæ clariſsima ſemina ſtirpis,
Tempore perpetuò uiuere digna domus.

Index

INDEX RERVM NOTABILIUM hoc compendio contentarum.

DEfinitio Moræ ſecundum Accurſium. 1
Quæ à DD. non recipitur. 2
Alberici definitio. 3
Quæ ſit mora regularis, & quæ ſit irregularis. 4
Salyceti & Sozini definitio. 5
Moræ definitio iunctis plurium DD. ſententijs. 6
Noua moræ definitio auctoris ſingula declarantis. 7
Vocabuli mora, interpretatio. 8
Duplex eſt mora regularis & irregularis. 9
Primæ ſpeciei declaratio. 10
Quomodo prima ſpecies committatur. 11
Quæ ſint differentiæ inter prædictas ſpecies. 12
Quæ requirantur ad aliquem cõſtituendum in mora. 13
Franciſci Tigrini ſententia ut plures requirantur interpellationes ad conſtituendum aliquem in mora. 14
Ex uerbis legis narratiuis non licet argumentari. 15
Tigrini defenſio aduerſus Bartolum, cæterosq́; interpretes. 16
Doctorum ſententia communiter recepta ab auctore defenditur. 17
Interpellatio conſtituit malæ fidei poſſeſſorem. 18
Diei lapſus conſtituit debitorem in peccatum. 19
Libelli oblatio non conſtituit debitorem in mora ſecundum Bartolum & alios. 20
Decius ſubtiliter Bartoli doctrinam impugnat. 21
Per libelli oblationem quis non petere dicitur, ſed uelle petere. 22
Reconciliat auctor ſententias, an per libelli oblationẽ inducatur mora. 23
Actus iudiciales fortiores ſunt extraiudicialibus. 24
Limitatio communis ſententiæ, niſi reus impediret litis conteſtationẽ. 25
Regula, ut neceſſaria ſit interpellatio, recipit nonnullas extenſiones & plures limitationes. 26

Prima extenſio, ut quibuſcunq; uerbis ſiue generalibus ſiue ſpecialibus fiat interpellatio. 27

Præſertim ſi uaſallus peteret debitum à domino. 28

Secunda extenſio, etiamſi per procuratorem fieret interpellatio, dummodo fieret fides de mandato. 29

Quod non ſufficeret, niſi originale exhiberetur. 30

Quod auctor declarat. 31

Tertia extenſio, ut non ſolum quis conſtituatur in mora per creditorem, uerum etiam per eius hæredes. 32

Prima exceptio ad prædictam regulam eſt, ut non procedat in his, quæ per ſolum iudicis officium expediuntur. 33

Secunda exceptio eſt in contractibus bonæ fidei. 34

Regula eſt, quando plures rationes ſimul concurrunt, ſufficit ſi una adſit. 35

Tertia exceptio eſt in rebus minorum. 36

Quarta exceptio eſt in cauſis Eccleſiæ. 37

Prædictæ exceptiones defenduntur à noſtratium Florentinorum morib. 38

Quinta in fiſco. 39

Sexta in decimis. 40

Septima in dotis promiſſione. 41

Octaua eſt pro libertate. 42

Nona eſt in pijs cauſis. 43

Decima eſt in iuramento, ſi quis iurauerit aliquid ſe præſtiturum uel facturum. 44

Venditor ſi iurauerit ſe præſtiturum, non opus erit denunciatione: quod notandum eſt pro cautela de lite mota in cauſſa euictionis. 45

Auctor defendit hanc exceptionem. 46

Vndecima eſt exceptio, quando prius debitor non erat in mora. 47

Geminata mora tollit moræ purgationem. 48

Auctor reprobat hanc exceptionem, & tuetur. 49

Reſponſio ad textum in L. Aemilius, de minor. per quam declarat ille textum. 50

Si in mora conſtitutus ſit debitor, & interueniat nouatio ſpeciei, interitus periculum ſpectat ad creditorem. 51

Duodecima ſit exceptio, ut regula non habeat locum, quando interpellatus non haberet rei reſtituendæ facultatem. 52

Decima

Decima tertia ſit in eo qui promiſit ſe facturum. 53
Prædicta exceptio damnatur ab auctore. 54
Secundum requiſitum eſt ad moram conſtituendam, ut debitum ſit liquidum, purum, & competat actio. 55
Ciuilis & naturalis obligatio ſimul conſtituunt debitorem in mora: naturalis ſola non ſufficit. 56
Ideo iſtud requiſitum intelligitur, quando petitio non ſit apta ad producendam actionem ratione cauſſæ, ſecus ſi ratione perſonæ. 57
Item ubi nulla petitio ſit. 58
Et hæc intelliguntur quo ad inducendam moram, ſecus ad perpetuandam. 59
Tertium requiſitum eſt, ut paulò ante dixi, ſi habeat debitor poteſtatem rei reſtituendæ. 60
Quod intelligitur, niſi culpa uel facto ſuo debitor deſierit poßidere. ibid.
Quartum requiſitum ſit, ut in obligatione dies ſit certa. 61
Et ideo ſi promiſiſſem ſub pœna, quod Titius ratum habebit certum contractum, cum erit legitimæ ætatis, ex quo dies erat incerta, non admitteretur purgatio moræ. 62
Quintum ſit requiſitum ut interpellatio interueniat cum aliquo temporis ſpacio. 63
Sextum requiſitum eſt, ut interpellatio fiat loco opportuno. 64
Et ideo ſi uendo tibi uinum Rhenenſe, debet tradi in illis partibus, in quibus naſcitur. 65
Reſponſio ad regulam, debere inſpici locum contractus. 66

In quarta parte, regula ſit, illas perſonas poſſe moram committere, *quæ obligari poſſunt.* 67
Ideo pupillus non poteſt moram committere, etiam ſi in obligatione acceſſerit tutoris auctoritas. 68
Et prædicta procedunt, quando ex proprio contractu obligatus ſit pupillus, ſecus ſi ex defuncti facto. 69
Sed indiſtincte uidetur, tam tutoris quam pupilli neceſſariam eſſe interpellationem. 70
Angeli ſententia defendi poteſt. 71
Reſponſio ad contraria in prædicta concluſione. 72
Textum in § ſi pupillus, in L. Et magis puto, De reb. eor. mendoſum eſſe, & aliter legi debere. ibidem

Pupillus proximus pubertati in delictis obligatur, non etiam in ciuilibus & in contractibus. 73
Quando dicatur proximus pubertati. ibid.
Vtrum adultus ſolus poßit conſtitui in mora. 74
Quando adultus non ex perſona propria eſſet obligatus, ſed ex facto defuncti, tunc non eſſet. 75
In quinta parte effectus moræ traduntur, qui mul*ti ſunt.* 76
Primus effectus eſt, ut rei interitus ſpectet ad ipſum debitorem in mora conſtitutum. 77
Ratio quare ad debitorem rei in genere ſpectet periculum. 78
Regula prædicta extenditur etiam ſi quis eſſet debitor ad pondus auri uel argenti. 79
Prædictæ concluſionis regula recipit plures limitationes. 80
Prima exceptio eſt quando creditor fuerit in mora, recuſans recipere pecuniam, & nullam recuſandi iuſtam cauſſam habens. ibid.
Secunda exceptio eſt, ſi debitor acceptam pecuniam abſq; dolo amiſerit. 81
Tertia exceptio eſt in caſu L. Vtrum, De petit. hered. nam non tenetur, niſi quatenus locupletior eſt factus. 82
Quarta eſt exceptio, ſi pecuniæ conſiderantur uti corpus, & ſic ueluti ſpecies. 83
Quinta exceptio eſt, ſi ex conuentione partium. 84
Sexta eſt, in ſocietatis contractu. 85
Septima in uoto. 86
Octaua & ultima eſt ſi creditoris culpæ imputari poſſet. 87
Quæſtio, an moneta reproba facta ex Principis decreto & conſtitutione, debitor liberetur. 88
Propter Principis imaginem pecunia non debet plus ualere. 89
Secunda ſpecies debitorum in genere, quomodo conſtituatur in mora, per auctorem declaratur poſt Zaſium. 90
Genus pluribus modis conſideratur. 91
Quid iuris in alijs rebus, quæ in genere conſiderantur, ut eſt uinum, oleum, frumentum, & ſimilia. 92
Alio modo conſiderari poteſt genus, ut locum habeat obligatio. 93
Quantum ad debitorem ſpecierum regula ponatur, ut rei interitus ſpectet ad debitorem. 94

Duæ

Duæ ponuntur hac de re regulæ, una affirmatiuè, altera negatiuè. ibid.

Prima regula extenditur duobus modis, Primo, ſi debitor fuerit in aliqua culpa. 95

Secundo, ſiue res perierit naturaliter, ueluti per mortem, uel per caſum fortuitum, uel res deſierit eſſe in debitoris commercio. 96

Prædicta regula recipit plures exceptiones. 97

Prima ſit in contractibus innominatis, ſecus in innominatis. 98

Quæ ſit ratio differentiæ, quare perempta ſpecie in contractu innominato, debitor non liberetur, aliter quam in contractib. nominatis. 99

Culpa in dubio non præſumitur. 100

Intellectus auctoris ad L fin. de condicti. ob cauſ. 101

Ex quo intellectu nulla erit limitatio. 102

Secunda exceptio eſt fauore libertatis, ut re perempta debitor non liberetur. 103

Tertia eſt, ut licet ſpecie perempta ſi debitor non eſt conſtitutus in mora, liberetur, hoc tamen non procedat, ſi culpa uel dolus præceſſerit. 104

Quarta ſi quis emiſſet rem infra dimidium iuſti pretij. 105

Secunda regula eſt, ut debitor ſpeciei poſt moram teneatur. 106

Quæ regula recipit plures extenſiones & limitationes. 107

Prima eſt extenſio etiamſi res pereat infra tẽpus purgandi moram. 108

Secunda eſt extenſio, ut regula procedat in quacunq; mora. 109

Tertia eſt, ut prædicta regula adeo procedat, etiamſi ſpecies peritura eſſet penes creditorem, ſecundum Ioannem gloſſatorem: cui contrarius in hoc caſu fuit Martinus. 110

Ioannis gloſſatoris argumenta in hac diſceptione. 111

Intellectus L. ſi filio § ſi poſt diuortium, Solut. matrim. 112

Quomodo illud dictum intelligatur, furem, & eum qui in mora eſt, æquiparari. 113

Argumenta pro ſententia Martini, & uerus intellectus L. ſi plures, §. fin. Depoſiti. 114. & 115

Doctorum reconciliatio habita inter Ioannis & Martini, cum eorum ſequacibus diſceptationem. 116

Auctoris quoq; ad prædicta declaratio. 117

Quarta exceptio eſt ut regula non procedat, quotieſcunq; rei tradendæ difficultas contingeret; quia tunc ſpeciei debitor excuſaretur. 118

Difficultas

Difficultas rei tradendæ, quomodo accipienda ſit, & quid ſit. 119
Difficultas rei excuſare ſemper ſolet debitores. 120
Quod adeo uerum eſt, ut etiamſi iuramentum acceſſit, tamen debitor propter difficultatem excuſaretur. 121
In omni iuramento tres ſemper conditiones ſubintelliguntur, ſi potero, ſi Deus uolet, & ſi Principi placuerit. 122
Quomodo intelligatur, à difficultate nos excuſari, declaratur. 123
Difficultas in quantitate, quomodo conſideretur. 124
Difficultas debitorem quantitatis non excuſat à mora, ſecundum nonnullos. 125
Caſus fortuitus non excuſat debitorem quantitatis. 126
Aliorum ſententia eſt, ut quantitatis debitor excuſari debeat à mora. 127
Quorum argumenta diſcutienda proponit auctor. 128
Auctoris reconciliatio in prædicta difficultate. 129
Quinta exceptio eſt, ſi res debita perit facto debitoris iuſto. 130
Secundus effectus eſt, ut poſt moram ueniant uſuræ, fructus & cætera. 131
Regula eſt, ut in contractibus ſtricti iuris non ueniant uſuræ, niſi poſt litem conteſtatam. 132
Prima exceptio datur ad prædictam regulam, quando peto id quod ſit meum uel fuerit meum. 133
Secunda exceptio eſt in caſu L. filius § De coll. dot. 134
Tertia exceptio in contractibus initis cum principe. 135
Quarta in omnibus caſibus moræ irregularis. 136
Quinta eſt generalis in omnibus contractibus habentibus bonæ fidei naturam. 137
Tertius eſt moræ effectus, ut etiam poſt moram rei æſtimatio currere incipiat. 138
Iſte tertius effectus pendet ab intellectu legis uinum, Si cert. pet. quæ L. habet duos intellectus: Primus eſt ut à tempore moræ intelligatur, ſecundus ut à tempore litis conteſtatæ. 139
Primi intellectus confirmatio ex pluribus, qui communiter recipitur. 140
Secundi intellectus confirmatio ex pluribus, qui ferè ab omnibus recentioribus recipitur. 141
Vtrum

Vtrum ad L.uimum locum habeat,tam in perſona debitoris, quam in cre-
ditoris. 142
Quartus eſt moræ effectus, ut poſſeſſor efficiatur malæ fidei poſſeſ-
ſor. 143
Quod bonum eſt ſcire ad ius municipale, quod ſtatueret, ut ſi creditor
infra decennium non petierit, ulterius non poſſit peti. 144
In uno caſu illud ius municipale poſſet procedere, licet aliâs à DD. non
recipiatur. 145
Mora propter malam fidem plures effectus operari poteſt. 146
Quintus effectus moræ eſt,ſi quando hæres inſtitutus uniuerſaliter, gra-
uatus foret à teſtatore,ut alteri fratri ſolueret legitimam ,ſiue ſup-
plementum: Nam ſi in tempore non ſolueret, incideret in pœnam
legis. 147
Sextus effectus uniuerſalis eſt in omnibus diſpoſitionibus,ſi diſpoſitio eſ-
ſet pura & in euentum non partitionis eſſet appoſita pœna. 148
Septimus effectus eſt,ut res quoq; perempta peti poſſit. 149
Sed reſpondetur quibuſdam in contrarium, quæ aduerſari uidentur. 150
Octauus moræ effectus eſt, ut per litis conteſtationem debitor teneatur,
non ſolum de dolo,uerum etiam de culpa. 151
Nonus effectus eſt, ut poſt moram poſſeſſor teneatur, non ſolum ad rem
peremptam, uerum etiam ad omnes acceſſiones, & ad omne com-
modum. 152
Decimus eſt, ut poſt litem conteſtatam interrumpatur præſcriptio. 153
Vndecimus effectus eſt, ut ſi monitus à iudice ut teſtamentum adimpleret,
infra omnium non adimpleret, excepta legitima,omni alio lucro pri-
uandus eſſet. 154
Duodecimus effectus eſt, ut mora claudat uiam in exceptionibus dilato-
rijs. 155
Decimus tertius effectus eſt,ut mora perpetuet obligationem. 156
Decimus quartus effectus eſt ,ut non ſolum mora perpetuam reddat obli-
gationem,ſed etiam actionem. 157
Decimus quintus effectus eſt, ut Colonus, Inquilinus, præcatio poſſeſſor,
ſi in rerum inſtitutione moram traxerint uſq; ad ſententiam tunc con-
demnentur. 158

G Decimus

Decimus ſextus effectus eſt, in matre, quæ debet petere tutorem filio. 159
Decimus ſeptimus effectus moræ eſt, ſi quis fuerit monitus à iudice, ut poſitionibus reſponderet, tunc in contumaciam ſuam puniatur. 160
Decimus octauus effectus eſt, ut re perempta poſt moram, debitor offerendo æſtimationem liberari poſſit. 161
Argumentis aliquot contra hunc effectum adductis reſpondetur. 162
Decimus nonus effectus eſt, ut mora inducat delictum quoddam. 163
Vigeſimus & ultimus moræ effectus eſt, ut in iudicio ſiſti ſi committatur mora, teneatur quis ad totale intereſſe. 164
Regula eſt moræ purgationem à lege concedi & ex æquitate emanare. 165
Textus in L. ſi ſeruum, §. ſequitur, De uerb oblig. optimè probat moræ purgationem ex æquitate prouenire, ut Paulus I.C. poſt Celſi iunioris ſententiam aſſerit. 166
Plurimum referre dicitur, an moræ purgatio concedatur ex æquitate, an ex rigore iuris. 167
Primus effectus conſpicitur in iure municipali, quod ſi dicat in cauſſis decidendis rigorem & iuris apices ſeruari debere, moræ purgatio locum non habeat. 168
Contrarium tenet auctor poſt recentiores. 169
Statuta ita debent condi, ut à ſapientibus redargui nequeant. 170
Secundus effectus deprehenditur in iuribus municipalibus diſponentibus de inſtrumentis idiomate Etruſco guarantigiatis nuncupatis, quia ſublata cenſeretur moræ purgatio. 171
Natura & robur inſtrumenti guarantigiati ab auctore deſcribitur. 172
Contrarium Alex. Imola, & Rom. dixerunt, quorum ſententia receptior eſt, moræ purgationem per huiuſmodi ſtatutum non eſſe ſublatam. 173
Auctor tamen defendit Angeli ſententiam & ſequacium. 174
Tertius effectus eſt, ut moræ purgatio non competat Iudæis, ut Iaſon & nonnulli ſtatuerunt. 175
Contrarium auctor tenet, Felini ſententiam defendens. 176
Quartus effectus eſt, ut etiamſi iuramentum debitoris interceſſerit, habeat locum moræ purgatio. 177

De æqui-

De æquitate Canonica, nulla rei incertitudo uitiat contractus, ſeu promiſſiones. 178
Noua quæſtio, utrum in mercatorum aula idem ſit ſtatuendum, quod de æquitate Canonica. 179
Intellectus c. ſecundum, De pœnis. 180
Quintus effectus eſt, ut furi & improbis non debeat competere moræ purgatio. 181
Regula prædicta, pluribus modis ampliatur & reſtringitur. 182
Prima exceptio eſt, ut ita demum debitor moram purgare poſſit, ſi creditoris ius deterius factum non fuerit. ibid.
Huius primæ exceptionis ratio ab auctore adducitur. 183
Regula eſt, ut quod mihi prodeſt, & tibi non nocet, te inuito uti poſſim. 184
Quomodo iſta prima exceptio intelligenda & declaranda eſt, per auctorem declaratur. 185
Secunda eſt limitatio ut etiam moræ purgatio concedatur poſt aliquot dies, ſeu modicum temporis ſpaciũ, dummodo lis non ſit conteſtata. 186
Quæ extenditur, ut etiamſi dies expreſſus ſit & pœna. 187
Tertia declaratio eſt, & extenditur in pœnis legalibus, ut moræ purgatio admittatur. 188
In quibus caſib. non admittatur moræ purgatio. 189
Regula eſt, ut moræ purgatio plærumq; concedatur, *cum ex æquitate emanauerit.* 190
Prima exceptio eſt, ut uſq; ad acceptum iudicium concedatur. 191
Quæſit ratio cur poſt litem conteſtatam moræ purgatio denegetur. 192
Prima ratio Bart. à DD. non recipitur, nec eius illatio procedit. 193
Mora geminata impedit moræ purgationem. 194
Geminata diſpoſitio ſemper ſolet plus operari. 195
Aliorum ratio erat, quod per litis conteſtationem quaſi contrahatur. 196
Tertia fuit Iaſonis ratio, quæ ab auctore damnatur. 197
Quarta ratio fuit Caſtrenſis, quia per litis conteſtationem ius actoris fit deterius. 198
Intellectus L. non omnium, De legib. nouus & genuinus, quam perperam Doctores plæriq; adducunt. 199

Noua & probabilis ratio per auctorem tradita, cur poſt litem conteſtatam denegetur moræ purgatio. 200
Bartoli diſtinctio quo ad moram litis conteſtatæ, an fuerit modicum temporis interuallum, uel magnum à Doctoribus damnatur. 201
Secunda eſt declaratio, ſi creditoris intereſt. 202
Tertius caſus, Geminata mora impedit moræ purgationem. 203
Quomodo conſideretur mora geminata, utrum ex pluribus interpellationibus accedentibus. 204
Quartus caſus eſt, ubi interuenit iuramentum. 205
Iuramentum aliquem præciſe compellit ad factum, licet quis regulariter non compellatur, ſed præſtando intereſſe liberetur. 206
Optimum conſilium eſt, ut in obligationibus conuentionalibus ſemper apponatur iuramentum. 207
Quintus caſus eſt, in quo denegatur moræ purgatio, quando in contractibus eſt dies & pœna appoſita. 208
Articulus iſte redditur dubius, & iura pro utraq; parte adducta, diſcutiuntur. 209
Primum iura adducuntur pro Bartoli & receptiori ſententia. ibid.
L. Traiectitiæ. §. De illo. De actionib. intellectus. 210
Intellectus L. Magnam. C. de contrah. & committen. ſtipulat. 211
Intellectus L. 1. De pen lega. 212
In factorum obligationibus, fauore ultimarum uoluntatum quis præciſe compellitur. 213
Rationem, cur in ultimis uoluntatibus mora purgari non poſſit auctor adfert. 214
Quando Lex utitur uerbis præciſis & executiuis, moræ purgatio denegatur. 215
Reſponſio ad L. 2. C. de iure emphyt. cum eius intellectu. ibid.
Intellectus L. & ſi poſt ſi quis cautionibus. 216
Quæ ſit ratio, cur in Prætorijs ſtipulationibus denegetur moræ purgatio. 217
Auctoris diſtinctio in diſputatione illius articuli, utrum quando eſt dies expreſſus & pœna, admittatur moræ purgatio. 218
Infra modicum tempus non denegatur de æquitate purgatio. 219

Modicum

Modicum tempus in moræ purgatione iudicis arbitrio decidi. 220
Differentia eſt in moræ purgatione, utrum promiſsio proueniat ex facto proprio, uel ex facto alieno. 221
Verum intellectum L. Sancimus, C. de fideiuſſ. auctor aſsignat. 222
Communis Bartoli & Doctorum ſententia, ut quando dies eſt expreſſus & pœna appoſita, plures limitationes recipit. 223
Prima eſt in contractibus bonæ fidei. 224
Ratio differentiæ inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris à Croto traditur. 225
Quam auctor reprobat. 226
Secunda limitatio, quando dies eſt expreſſus & incertus. 227
Ratio differentiæ in hac exceptione per auctorem ponitur. 228
Tertia exceptio eſt in ſtipulationibus conuentionalibus, ſecus in Prætorijs. 229
Quarta exceptio eſt, ſi dies eſſet expreſſus gratia multiplicandæ obligationis. 230
Declaratio præcedentis limitationis, ut procedat in ultimis uoluntatibus. 231
Quinta eſt exceptio, ſi conuentum ſit inter contrahentes, ut ante terminum aliquot diebus debeat ei ſignificare, de hoc ut magis ſit paratus. 232
Sextus caſus eſt, quando executio facta eſt ipſo iure à lege uel ab homine. 233
Ex qua concluſione ad plura infertur. 234
Prima illatio eſt, ſi quis ſit monitus à iudice ut teſtatoris uoluntatem adimpleat. ibid.
Secunda eſt, ſi mater non petierit tutores infra annum. 235
Tertia eſt illatio ad heredem, qui tenetur facere inuentarium infra tempus à lege præfixum. 236
Quæſtio utiliſsima & difficilima utrum emphyteuta priuatus, qui ceſſauit ſoluere canonem per triennium, cadens à iure ſuo, poſsit moram purgare. 237
Vbicunq; moræ purgatio denegetur, declarandum eſt, niſi infra modicum tempus. 238
Cautela ſeu conſilium datur, ut emphyteuta non poſsit purgare moram. 239

Quæſtio quoq; cotidiana & utiliſsima per auctorem proponitur, utrum idem dicendum ſit in feudo, quod in emphyteuſi. 240
Idem ſtatuendum eſſe in uaſallo quod in emphyteuta, auctor dicit. 241
Matthæi de Afflictis & Socini Iunioris ſententiam auctor damnat, uolentium Vaſallum poſſe moram purgare uſq; ad litem conteſtatam. 242
Quæſtio quoq; utiliſsima, Quid ſi teſtator in teſtamento Eccleſiam hæredem uniuerſalem inſtituiſſet ſub condicione, ſi infra annum hoſpitali alicui emerit fundum, alias uocabat hoſpitale. 243
Septimus caſus eſt ſi fuerit appoſita clauſula, Rato manente pacto. 244
Contrarium uoluit in iſtis terminis Bartolus in L. ſi inſulam, De uerb. oblig. 245
Octauus caſus & ultimus eſt ſi à partibus fuerit moræ purgationi renunciatum. 246

FINIS.

BARTHOLOMÆI ROMVLEI FLORENTINI, clariſsimi in celeberrima Academia Ingolſtadienſi Iureconſulti, & Profeſſoris ordinarij Primarij, Compendium ſeu tractatus Moræ.

QVod nihil in omni uita mea prius atq; antiquius habeam, quam non ſolum in ſcholis legendo, ſed etiam domi ſcribendo omnib. ad legalis diſciplinæ ſcientiam aſpirantibus prodeſſe uelle, id ſi aliâs unquam, tum maximè hoc tempore candidis & gratis lectoribus me teſtatum facere ſpero. Placuit enim materiam Moræ pertractare, quam uti ſubtilem, & uſu quotidianam omnes Doctores ſummopere commendant, & uarijs in locis tradunt. Sed nos, quia ipſa ſe ſatis commendat, plus laudis & commendationis ex noſtris encomijs ei accedere non poſſe putamus. Quare omiſſa

re omiſſa longiore præfatione, materiã ipſam ſtatim aggredior, eamq́; quãtum ingenij mei tenuitas fert, methodicè pertractatam, & in ſeptem partes diuiſam explicabo. In prima parte dicam quid ſit mora, & quot modis moræ uocabulum accipiatur. In ſecunda, quotuplex ſit mora. In tertia, quæ requirantur ad moram committendam. In quarta, per quas perſonas committatur. In quinta, quos effectus mora producat. In ſexta, in quibus caſibus moræ purgatio admittatur. In ſeptima & ultima parte, in quibus non admittatur purgatio moræ, docebo.

Quo ad primam partem, quomodo definiatur mora, neceſſe eſt aliquid dicere, ut cognoſcamus quidditatem & eſſentiam rei, quæ optimè cognoſcitur per definitionem ſeu deſcriptionẽ, ut M. Tullius nos admonet, una cum Iureconſultis in l. i. Si cert. peta. & in L. i. de iuſt. & iure. in L. i. §. dolum, de dolo, & in plurib. alijs locis. Profecto moræ definitio difficilis eſt, teſte Papiniano poſt Pompo. in l. mora, de uſur. ubi aſsignare uidetur rationem, dum dicit, quod mora facti & non iuris eſt. Facta uerò ſunt incerta, L. ubi autem non apparet. §. id quod in faciẽdo. de uerb. oblig. Quidam tamen aliter illam L. mora, intellexerunt, I.C. ibi uoluiſſe, non difficile eſſe dicere quid ſit mora, ſed quando fieri intelligatur; conſtitutio enim morę difficilis eſt,

eſſentia

eſſentia facilis: Ita d. L. mora, intelligēdam eſſe, Fulgoſ. duce Arena putauit, quem ſequitur etiam Æmilius Ferrettus in ſuo libello de mora. † Accurſius in
1. d. l. mora, auſus eſt ponere definitionem moræ, ubi prolixè hoc modo eam poſſe definiri exiſtimat. Mora eſt, cum quis maior 14. annorum, curatorem non habens, (Nam ſi haberet, pupillo compararetur. l. ſi puſillus, de uerb. oblig.) interpellatus per diei appoſitæ lapſum, uel per eius, cui debetur denunciationem congruo loco & tempore factā, cum intelligat ſe debere, uel intelligere debeat, non ſoluit. † Hanc definitionem ſeu deſcriptionem Ac-
2. curſij, quam uidetur collegiſſe ex L. Quod te, ſi cert. pet. DD. non recipiunt, pluribus de cauſis. Inprimis non conſtat ex genere & differentijs, ſine quibus nulla definitio conſtat, ut not. Bart. & DD. in L. i. de teſta. Item per hanc deſcriptionem non cognoſcitur ſubſtantia moræ, ſed potius eſt deſcribere, quomodo quis conſtituatur in mora. Item etiam eſt imperfecta, pro ut cæteræ oēs deſcriptiones poſitæ à DD. in d. L. quod te, & in L. ſi inſulā. de uerb. oblig. Secūda ponebatur deſcriptio moræ ab Alber. in ſuo Lexico: † Mora eſt detractio ſolutionis ab adulto
3. facta per denunciationem, uel per diei lapſum nullo modo remiſſa ab eo qui ſciuit, uel non potuit iuſtè ignorare. Hanc deſcriptionem Anto. Corſſettus in ſuo repertorio ad Panorm. in uerbo; Mora, dicit

communiter à DD. recipi, uti in qua definitione cõtineatur utraq; mora, Regularis et Irregularis. † Regularis eſt illa, quæ fit per interpellationem, ut patet in L. ſi ex legati cauſa, de uerb. obligat. ubi expreſſe I.C. hoc dicit. Irregularis uero dicitur mora propter lapſum diei, quæ dies nos interpellat, l. Magnã C. de contrah. & committ. ſtipulat. Cõtra hanc definitionem duo obſtare uidentur, ſecundum recentiores in d. l. ſi inſulam. de uerb. oblig. Primum, quia mora fit abſq; ulla denunciatione, & abſq; die, ut uidemus in fure, qui dicitur eſſe in mora, in l. In re furtiua. §. i. de condict. furti. Ab hac obiectione defendi poſſet data definitio, cum in furto ſit delictum in faciẽdo, & dici poſsit, quod iſta nõ ſit propriè mora, ſed potius delictum, prout etiam infra dicam: plus autẽ delinquit fur, quam qui in mora eſt, ad quod facit optimus text. in L. Merito. de ui & ui arma. ibi. Plus quàm fruſtrator. Secunda erat obiectio, quæ ineuitabilis eſt, quod prædicta definitio erat imperfecta, cum mora conſideretur tam ex parte debitoris quam ex parte creditoris, uidelicet quando creditor rem oblatam recuſaret, ut in L. Qui decem. de ſolution. Propterea ad euitandam hanc obiectionẽ Saly. & Soz. hic addendo hoc modo deſcribebant moram. † Mora eſt debiti uel crediti recipiendi à Iure improbata & punita dilatio. Sed contra hanc definitionem obijcitur, quod poteſt eſſe

4.

5.

debiti

debiti uel crediti à iure improbata dilatio, quæ tamē non ſit mora. §. Hodie. Inſtit. de except. Vbi ſi quis plus petat, duplicantur induciæ, & eſt à iure improbata, & tamen non eſt mora. Item hanc deſcriptionem moræ impugnat, quod & iſta & aliæ deſcriptiones reſpiciunt quantitatem, & nō factum, & tamen negari non poteſt, quin mora committatur ita in promiſsione facti, ſicut in promiſsione ſolutionis rei, ut patet in L. ſi inſulam, & in L. Continuus, §. Item qui inſulam, de uerb. obliga. Ideo recētiores coniungebant Saly. & Soz. definitionem, unà cū Alberici, et deſcribebant moram hoc modo.

† Mora eſt delictum culpabile in debito ſoluendo uel recipiendo commiſsum per denunciationē, ſeu per lapſum temporis. Iſta definitio nullo modo tenenda eſt. Nam mora ut inf. dicam, non eſt delictum culpabile, nec culpa proprie dicitur, ideo nō eſt bona definitio, quia uerba in definitione ponenda ſunt proprie, & non improprie. Item etiam contra omnes definitiones facit, quod plures ſunt caſus, in quibus nulla neceſſaria eſt interpellatio, & tamen mora committitur: qui autem ſint iſti caſus, ego infra dicam. Item etiam iſtæ definitiones nō comprehendunt, niſi corporalia iura, non autem incorporalia, & per conſequens ſunt imperfectæ. Quamuis, ut dictum eſt, definitio ſeu deſcriptio moræ ſit difficilis, ut atteſtatur I. C. in d. l. Mora. de uſur. tamen 6.

 cogitabam,

cogitabã, ſi ex omnibus prędictis definitionib. nonnulla addendo ad tollendas obiectiones, quas aliæ patiuntur, poſſet poni definitio, ſeu potius deſcriptio hoc modo. † Mora eſt rei debitę uel creditæ per interpellationẽ legitimam hominis uel legis uel per laſum diei ab adulto facta dilatio uel contumacia ſeu negligẽtia. Iſta deſcriptio tutior eſt cęteris, & ex mẽte DD. procedere poteſt. Inprimis eſt generalis, pro ut apparet in principio, & in fine, cum appellatio Rei, ſit generalis, Deinde conſtat ex genere & differentijs, quas bonæ definitionis partes eſſentiales eſſe, ſup. diximus ex Bart. in L. 1. De teſta. Sed ut declarem ſingula, dixi, Rei, quod nomen eſt generale. L. 1. De reb. cred. l. Rei appellatio. De uerb. ſig. Dixi quoq;, Rei, ad hoc, ut continerentur tàm corporalia, quàm incorporalia. Dixi, Debitæ uel creditę, ad tollendum contrarium de creditore, qui etiam moram committit, d. l. qui decem. Dixi, per interpellationem hominis, quia interpellatio neceſſaria eſt, d. l. Si ex legati cauſa. & d. L. Mora. Dixi, Legitimam, ut includeretur, non ſtatim quem conſtitui in mora, ſed modico temporis ſpacio, ut in L. Si quis filium §. ſtipulatio. de collat. bono. & pro ut dicitur generaliter in omnibus caſibus, ut in l. Ratum, & in l. Quod diximus. de ſolutio. Dixi, Legis, ad tollendas plures obiectiones, quæ conſiderantur, ut abſq; hominis interpellatione quis conſtituatur in mora, ut puta in

Iuramento

iuramēto & alijs caſibus. Dixi,per lapſum diei, quia dies interpellat. L. Magnam.C.de contrah.& committ.ſtipulat. Dixi,ab adulto, quia, ut dicebat Albericus,ſi minor eſſet 14.an̄is,non committeretur mora; pupillus enim non poteſt committere moram, cum non habeat conſenſum, arg. L. pen. C. de milit.teſtam.& §.pupillus,Inſt.de teſtam. Dixi, Dilatio ſeu contumacia uel negligentia, quia nil aliud eſt mora, quàm contumacia ſeu negligentia & dilatio quædam. Hactenus de definitione. Quòd ad moræ uocabulum attinet, de quo nos in hac prima parte dicturos propoſuimus,ſciendū eſt, † id pluribus modis accipi, ut apud Saly. hic, Floren. in d.l. Mora.de uſur. & apud alios hic uidere licet, qui uocem, mora,tria ſignificare tradunt. Primò accipitur pro habitatione. L. 2. C. de incol. lib. 10. ibi. In aliquo loco morantur,ad idem eſt tex.in l. 2. de ſeru. exportand; & in l.3.de Senator.cum plurib. alijs.Quanquàm in illis locis,non uocabulum mora,quæ nunquam pro habitatione poſita legitur, ſed uerbum,moror,uſurpatur. Hoc enim uerbum inter alias quàm plurimas ſignificationes ſuas, etiam id ſignificat, quod græci dicunt χρονίζειν,hoc eſt,manere. Cæſar li.2.bell. Gall. Itaq; pauliſper apud oppidum morati, agroſq; Remorum depopulati &c. Sic Cic. Att. Quam uellem nunc in prouincia morari. Secundò pro dilatione & tractu temporis,in Auth. Sed lis. C. de tempor. ap- 8.

pellat.

pellat. In l. Item ſi uerberatum §. fin. iuncta gloſ. in uerbo, Moram, quæ exponit dilationem, De rei uẽdicat. In hac ſignificatione apud omnes auctores uſitatiſsimum eſt. Sic Cic. pro Sylla. uenire omnes poſſeſsiones ſuas maluit, quam ullam moram fieri cuiq; creditorum ſuorum. Plau. Cui mora ſemper obfuit, diligẽtia profuit. Terent. in And. Sed ſequere me intro, ne mora illi ſis. Verg. 3. Egl. In me mora non erit ulla. Tertiò accipitur mora, ut in materia noſtra, pro dilatione, quæ culpam continet. Nam mora dicitur culpa ſecundum gloſ. in l. Minorum C. In quib. cauſ. reſtit. mino. non eſt neceſſaria, in uerbo, Moram. Item mora dicitur dolus. l. Dolus, inſ. Mandati, cum ſimilib. de quibus Alex. in d. l. mora. Et ex his infertur moram eſſe dolum quendam uel latam culpam. Quocirca iura municipalia loquentia de culpa, locum haberent in mora. Sed contrarium uerius uidetur, quia mora proprie non eſt dolus uel lata culpa, ſicut apparet ex omnibus definitionibus moræ. Conſtat potius moram eſſe dilationem quandam uel contumaciam: Dolus uero aliter accipitur, ut in l. 1. §. Dolum. De dolo. Item mora conſiſtit in non faciendo, Culpa uero in faciendo. Et grauius eſt delinquere in faciendo, quam non faciẽdo, ut in .d. l. mora. Nec obſtat ſi diceretur, quod imò mora idem ſignificet quod culpa, cum is qui in mora eſt, æquipararetur furi. l. Inter ſtipulantem. §. Stichum.

chum. de uerb. oblig. Quia æquiparatio ibi, non procedit uniuerſaliter. Sed duntaxat ad illum caſum, ut ſicut fur non liberatur re perempta, ita nec qui in mora eſt. In alijs maxima eſt differentia.

Quo ad ſecundam partem principalem, dicitur † quod duplex ſit mora, Regularis & Irregularis. 9.

† Regularis dicitur, quæ committitur per interpellationem uel lapſum diei, cum interpellatio neceſſaria ſit ad aliquem conſtituendum in mora, d. L. ſi ex legati cauſa, ibi, Non aliter tenetur, &c. Et in d. l. ſi mora. uel per lapſum diei, iuxta l. Magnam. C. de contrah. & commit. ſtipulat. Irregularis uero dicitur mora, quæ re ipſa committitur abſq; ulla interpellatione, pro ut in d. L. minorum, & in L. Curauit. C. de action. empt. Hæc mora Irregularis, dicitur in rem, quia ex re ipſa prouenit, L. Cum uerò, §. Apparet, de fideicom. libertat. Regularis uerò dicitur in perſonam, ut gloſ. in L. uideamus. la. 2. in prin. de uſur. Et nonnullæ differentiæ ſunt inter moram quæ committitur per lapſum diei, & inter aliam moram, quæ committitur per interpellationem extraiudicialem. † Prima eſt notabilis, quod interpellatio facta per creditorem, non ſtatim compellit debitorem ad ſoluendum, quia intelligitur, pro ut ſup. d. eſt in definitione, cum aliquo temporis ſpacio, quod 10. 11.

debitoribus conceditur,L. Quod diximus, & l. Ra=
tum.de ſolut. Et ita dicit Oldr. hic per text. ubi caſus,
in l. Si quis filium.§. ſtipulatio. de colla.bonor. ibi:
Interpellatus cum aliquo temporis ſpacio. Ad idem
eſt tex. in l. Diuortio.de nego.geſt.Bart. in l.ſi pœ=
nam. Quando dies leg. ced. Bal.in l.Etſi poſt tres,
col.3.Si quis cautio.ubi adducit gloſ. in d.L. Quod
te. & Din.in l. Æmilius, de minor. Secus eſt in in=
terpellatione,quæ fit per lapſum diei. Quia nullum
temporis ſpacium ulterius conceditur,ad hoc ut quis
conſtituatur in mora; ſatis enim potuit debitor ſe=
cum deliberare, & cogitare oportunitatem ad ſolu=
tionem faciendam, uel aliquid præſtandum, quod
non ita eſt,quando debitor à creditore eſt interpel=
latus. Et hoc eſt quod dicit tex. in d.l.magnam, &
12. Deci.in d.l.Quod te,nu.42.† Item etiam differunt
moræ iſtæ, quod quando interpellatio neceſſaria
eſt, intelligitur etiam locus oportunus,d.l.Mora,de
uſur. Præterea, alia differentia eſt, quod in obliga=
tionibus,ubi eſt dies expreſſa & pœna, non admitti=
tur moræ purgatio.d.l. magnam, & l.Traiectitiæ.§.
de illo.de actio. & obligat.Quod ſecus eſt ubi dies
expreſſa non requiritur; quia tunc datur moræ pur=
gatio,uſque ad tempus litis conteſtatæ, d.l.ſi inſulam.
de uerb.obligat.Alia item differentia eſt,quod mala
fides non conſtituit debitorem in mora, niſi fuerit
interpellatus; Ita Cyn. & Bal.in l. Non intereſt.C.

Quod

Quod met. cau. Diuerſum eſt, ubi eſt dies expreſſa: Quia tunc conſtitueretur in mala fide & in mora, ex quo dies ipſa interpellabat, d.l. magnam, ſequitur etiam Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa. nu.6.

Quo ad tertiam partem † ſciendum 13.
eſt plura requiri ad cõſtituendum aliquem in mora. Inprimis & ante omnia neceſſaria eſt interpellatio extraiudicialis.l.1.§.Nunciatio.de oper.no.nunciat. & l.Denunciaſſe, Ad l.Iul.de adult. Faciunt quoq; iura ſupra adducta in l.Si ex legati cauſa, & in l. cum filius.§. fin. de uerb. obligat.& in d.l.mora,de uſu. cum plurib. alijs conſimilibus. Ita intelligenda eſt d. L. Quod te,Si cert.peta.licet expreſsè non dicat de interpellatione:quia per alia iura declaratur. Sed iſtud primum requiſitum declarationem recipit ex ſup.adductis, ut modicum temporis ſpacium interueniat, ut dicitur in d.l.Quod diximus,& d.l. ſi quis filiũ,§.ſtipulatio.de collat. bonorum,& in alijs pluribus locis,quos paulo ante produximus. Item declarandum eſt, ut oportuno loco fiat interpellatio, ut eſt tex. in d.l.mora.ibi: Interpellatus oportuno loco.Sed an unica interpellatio ſufficiat, uel plures ſint neceſſariæ ad hoc, ut quis in mora conſtituatur, quæritur,& magis eſt, unicam interpellationem extraiudicialem ſufficere. Ita Bart.uoluit in L.Qui Romę.§.Seia.de uerb.oblig.qui mouetur per.tex.in L.

Titia Seio.§.Vſuras.de legat.ij.& per text.in l.3.§.1. Quod ui aut clam.Sententiam Bar.omnes ſequuntur,ut patet in d.§.ſcia.per Bal.Ang.Imo.Cuma.Aret.& Iaſ.nec ab hac etiam hodie Bauerius receſsit in
14. ſuo tractatu moræ.in prin.uerſ.ſecūdò dicas. † Solus Franciſcus Tigrinus Doctor antiquus Piſanus cōtradicit,uolens plures interpellationes neceſſarias eſſe; mouetur per tex.in d.l.Æmilius.de minor. ibi; Denunciationibus, quæ dictio uidetur uerificari in pluribus. Ad idem adducit tex.in L. Qui Romæ.§. Cohæredes.de uerb.obligat.ibi;ſæpius,&c. quæ dictio quoq; uerificari uidetur in pluribus denunciationibus,in l.Seruos.in uerb.Bis aut ſæpius.ad l.Iul. de ui pub. Ad huiuſmodi iura reſpondebat Bart. in d.§.Seia.quod illa loquuntur ſecundum facti cōtingentiam, & quod propterea non erat colligendum
15. argumentum. † Nam ex uerbis narratiuis facti in legibus non eſt colligendum argumentum, ad quod gloſ. communiter ſolet adduci in l. unica.
16. Quādo non pet.part.in 3.lect. † Si quis uellet tenere ſententiam Franciſci Tig.facile poſſet,quia reſponſio Bar.ad iura prædicta, non uidetur obſtare, minimeq; probatur ſententia Bart. per iura quæ adduxit. Nam text. in d. l. Titia Seio.§. uſuras. non probat intentionem Bartoli, licet ibi text.dicat, Sufficit ſemel eſſe commiſſam moram. Non enim propterea ſequitur, Ergo unica interpellatio ſuffi-

tio ſufficiat, hoc text. non dicit, duntaxat I.C. ibi uult, ut ſi mora ſemel ſit commiſſa, perpetuo duret. Et iſte eſt unus ex effectibus moræ, quod mora operetur perpetuitatem quandam obligationis, pro ut inf. dicam, circa effectus moræ. Minus probat text. in d.l.3.§.1. Quod ui aut clam. Quia I.C. ibi loquitur in denunciatione, & non in mora. † Veruntamen 17.
non recedendum eſt à ſententia Bart. quæ ab omnibus recipitur, quam uidentur iura ſatis probare, cum ll. expreſſe dicant, aliquem conſtitui in mora, ſi interpellatus fuerit, ut in d.l. ſi ex legati cauſa, & in d. l. mora. cum igitur loquantur ſimpliciter leges, datur intelligi unicam interpellationem ſufficere. Quid autem iuris ſit in alijs proteſtationibus extra cauſam moræ, an una ſufficiat interpellatio, uel plures requirantur, remitto me ad ea quæ DD. tradunt poſt Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis prætori. in 3. oppoſ. de oper. no. nunciat. Canoniſtæ latè hæc in c. Ex literis. ext. de conſtit. † Quod aũt ad interpellationem 18.
attinet, non omitto hunc notabilem interpellationis effectũ, quod debitor poſt interpellationem factam efficiatur malę fidei poſſeſſor, & per cõſequens non poſsit præſcribere, iuxta reg. iur. in c. Malæ fidei poſſeſſor, de reg. iur. in 6. in c. fin. Ext. de præſcrip. Hoc fuit dictum ſingulare Hoſtien. in Sum. in Tit. de præſcrip. §. Quæ res. Cuius dictum refert & ſequitur Aret. in d.l. ſi ex legati cauſa, hoc idem ui-

19. detur dicere Panor. in d.c. fin. Extr. de præſcript. † Contrarium uoluit Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. Nunc uero aliqua, in ultima charta, in uerb. De hoc autem quæritur, ubi expreſsè uoluit lapſum diei conſtituere debitorem non ſoluentem in peccato. Ratione hac mouetur, quod ex ſcripto die ſolutio eſt facienda, 13.q.6.c.ſi res. & 11.q.1.c.magnum. facit tex. in c. fin. Extr. de ſolut. Sententiam Spec. ſequitur Iaſ. in d.l. Si ex legati cauſa. nu. 14. uerſ. 3. ſingulariter limita. Dictum Specu. mihi magis placet per rationem expreſſam in d. l. magnam. in fin. C. de contrah. & com. ſtipulat. ibi: Lex non excuſat debitorē, ſi non fuerit interpellatus, ſatis fuit interpellatus per
20. diei appoſitionem, † Et adeo interpellatio extraiudicialis neceſſaria eſt, ut debitor non conſtituatur in mora etiam per libelli oblationem; ita Bart. in l. Denunciaſſe, ad l. Iul. de adul. Ad idem etiam facit tex. in L. Libertus. De in ius uocan. ubi libertus per libelli oblationem non dicitur in ius uocare patronum. Iſta DD. omnes dicunt. Dictum Bart. ſingulare uidetur, quod Angelus hic col. 2. & Alex. quoque admirantur, cum unica interpellatio conſtituat aliquem in mora, d. L. Titia. §. uſuras. de legat. 2. ut ſup. d. eſt: Libelli uero oblatio tantum non operetur, et tamen actus iudicialis ualidiores cenſeantur extraiudicialibus, ut nota. in L. Siue apud acta. C. de tranſaction. Doctores omnes hic, & in d.l. ſi inſulam, De uerb.

obligat.

obligat. dictum Bar. ſequuntur. † Solus præceptor 21.
meus hic coutradicit huic DD. ſententiæ, & dicit cō-
trarium eſſe uerius, quod imo actus iudiciales plus
operari debent, quam extraiudiciales. Mouetur
Decius præcipuè & in ſpecie autoritate Iac. ab Are-
na in d. l. In minorum. C. in quib. cau. reſtit. non eſt
neceſſaria, ubi uoluit interpellationem factam in iu-
dicio nullo, habere uim interpellationis extraiudici-
alis. Dictum Iac. ſequitur Aret. in conſ. 150. Viſis
diligenter. col. fin. Multo magis igitur ſi iudicium
ualuit, habere debet uim interpellationis extraiudi-
cialis. Secundo ad hanc ſententiam mouetur, quod 22
poſitio extraiudicialis non interrumpit præſcriptio-
nem, quæ tamen per libelli oblationem interrum-
pitur, Bart. in l. fin. de eo per quem factum, in l. pen.
de uſucap. pro empt. Ex quibus apertè colligitur, li-
belli oblationem plus operari, quam extraiudicialē
interpellationem. Et ita tenendo reſpondebat ad
duo iura prædicta. Primò ad d. l. Denunciaſſe, quod
ibi illa denunciatio pro forma requiritur & ſtrictè
interpretatur, ne matrimonium impediatur, atq; illa
accuſatio ibi reſpicit publicam utilitatem, ſecus in ca-
ſu noſtræ regulæ. Ita quoq; poſt ipſum Præcepto-
rem meum reſpondebat Crotus ad d. L. Denunci-
aſſe, in d. l. ſi inſulam: Ad tex. in d. l. Libertus aduer-
ſus, reſpondebat, quod ille loquebatur in libello
dolo iudici, non parti porrecto. Iſta reſponſio mihi
non

non ſatisfacit, quia nimis reſtringit. d.l. & diuinat, licet in ſe uera ſit, ut inf. dicam, facilè reſponderi poteſt ad illum text. pro ut gloſ. & DD. reſpondent, quod ideò ibi libelli oblatio non operatur, quia ſumus in pœnalibus, ne ergo libertus incidat in pœnã illius edicti, ideò fit benignior interpretatio, arg. L. ſi de interpretatione. & l. præſes. de pœnis. Nam in odioſis & pœnalibus, ſemper ſtrictè fit interpretatio. L. Cum quidam. §. fin. de lib. & poſth. c. Odia. cum uulgar. de reg. iur. in 6. Tamen circa hanc diſputationẽ, ut etiam Crot. dicit in d. l. ſi inſulam, non
22. eſt recedendum à DD. communi ſententia † Et ratio eſt, quia per libelli oblationem quis non dicitur petere, ſed uele petere. L. Amplius nõ peti, Rem rat. hab. & ibi Bart. & omnes. Ideò non poteſt creditor conſtituere debitorem in mora, ſi adhuc non petit, ſed uult petere, nec dicetur quoq; debitor interpellatus, ſi creditor habuiſſet mẽtem interpellandi. Quia retentum in mente, nihil operatur. l. ſi quis nec cauſam. C. de cond. ob cauſ. ita Bart. dicebat in L. Qui fideiuſſori. §. 1. de adult. ut per libelli oblationem quis non dicatur petere. Poſſet tamẽ DD. ſen-
23. tentia reconciliari, † ut ſi libelli oblatio non peruenerit ad notitiam debitoris, tunc procedat DD. ſententia, per ea quæ adducta ſunt. Si uerò debitor reus habuit notitiã libelli, ut quia copiam acceperit, tunc iſta libelli oblatio plus debet operari, quàm interpellatio

latio extraiudicialis, cum interpellatio facta uideatur in iudicio, † & actus iudiciales ſunt fortiores & ua= 24.
lidiores extraiudicialibus, ut ſup d.eſt. † Non de= 25.
beo omittere Alex.& DD. limitare cõmunem ſententiam, niſi ſtaret per reum, quo minus lis conteſtaretur, prout quandoq; contingit, ut in cauſis litis cõteſtatio nõ fiat per 30.uel 40.annos. Et dicit quoſdam in loco Specul. ſe uidiſſe litis conteſtationem in quadam cauſa non interueniſſe per ſpacium 100. annorum: Ego autem, ut ſup.dixi, non cõſiderarem tantam moram. Satis .n.eſſe putarem, ſi libelli oblatio perueniret ad notitiã rei, ad hoc ut conſtitueretur in mora. † Regula prædicta, ut neceſſaria ſit inter= 26.
pellatio ad morã, recipit nõnullas extẽſiones et patiuntur plures exceptiones. † Prima extenſio ſit, ut etiã 27.
interpellatio ſufficiat, quibuſcunq; uerbis, ſiue ſpecialib. ſiue generalib. facta, ueluti, ſi creditor dixerit debitori: Indigeo pecunia, uel, ſcio te habere rationẽ pecuniæ mihi debitæ. Per iſta.n.& ſimilia uerba conſtituitur debitor in mora. Ita Bal. in l. etiam hoc modo, per illum tex. de legat. 1. Latius Bart.& DD. in l. ſi quis mihi bona. §. Sed quid ſi mandauit, per illum text. de acquir. hæredit. Et hæc eſt DD. ſententia communis, ut aſſerit Iaſ. in d.l. Si ex legati cauſa, de uerb. obligat. nu. 15. Licet ibi plures referat contrarium dixiſſe, & in puncto iuris ueriorem eſſe ſententiam communi contrariam, inter quos numerat

Alber. de Roſa. qui fuit maximus practicus, qui teſtatur ita fuiſſe obſeruatum, ut per uerba generalia, nō fuerit introducta interpellatio, qui licet nihil adducat, ratio tamen uidetur eſſe in promptu, quod cum iſta uerba enunciatiue quodammodo proferantur, non uidentur diſponere, ſecundum iuris reg. in l. ex his. C. de teſtam. milit. DD. in l. Ex hac ſcriptura, per illum tex. de donat. Et Iaſ. ibi aſſerit hoc uerum eſſe
28. † ſi huiuſmodi uerba prolata fuiſſent à perſona inferiori ad ſuperiorem, uelutiſi uaſallus peteret debitum à Domino ſuo per hæc uerba: Indigeo pecunia: tunc enim hæc uerba diſponerent: Quia honoris gratia, & ex quadam modeſtia erga dominum peteret debitum. Ad hoc facit optimè tex. in argumentum in l. 1. §. Quæ onerandæ, ubi Bart. expreſsè. Quarum rer. actio non detur, & ita Guiliel. de Cuneo dicebat, quem ſequitur Cuma. in d. L. Quod te, Si cert. pet. Huc etiam faciunt ea, quæ DD. dicunt in c. Quamuis. Ext. de pact. in 6. & in l. Stipulatio hoc modo concepta. de uerb. obligat. quando filiæ renunciant hæreditati paternæ, quod non præſumuntur ex minis parentis renunciare, ſed ex quadam reuerentia. Debent ipſæmet probare minas & uerbera, ſi horum metu impulſas ſe renunciaſſe dixerint,
29. ut omnes DD. ibi tradunt. † Secunda extenſio eſt, ut non ſolum debitor conſtituatur in mora per creditorem, ſi uiua uoce eum interpellauerit, & ad ſolutionem

ſutionem excitauerit, uerum etiam ſi creditoris procurator hoc fecerit, dummodo fides fiat de mandato domini, qui eum conſtituit, aliàs ſi non conſtaret de mandato, nō conſtitueretur debitor in mora. Ita notab. dicebat Bar. in l. Si quis inficiatus, per illum tex. depoſiti. Quod adeo uerum eſt, ut etiam ſi procurator cautionem de rato offerret, non conſtitueretur mora, ſecundum Bal. in rubr. ext. de procur.
† Item non committeretur mora à debitore procuratoris commonitione etiamſi oſtenderet is exemplum mandati extractum ab originali manu publici notarij. Ita ſingulariter conſulendo uoluit Bertran. in conſ. 25: Viſo. lib. 2. ſecundum primam excuſsionem, per regulam Auth. Si quis in aliquo. C. de edendo. Caſtrenſis quoq; dicebat, debitorem non conſtitui in mora per procuratorem habētem mandatum ad lites, facit huc l. de pupillo. §. ſi quis prætori. de operis no. nunciat. † Et hæc omnia ſequitur Riparius, in d. l. quod te, nu. 55. Quæ ego uera eſſe crederem, ſi opponeretur procuratori de mandato nō legitimo, aliàs, putarem interpellationem factam cōſtituere debitorem in mora, ut in ſimili uidemus, libellum obſcurum procedere parte non opponente. Quod ipſum tamen & tunc uerum eſt, quando conſtaret de mandato, per text. in d. l. de pupillo. §. qui procuratorio. de oper. no. nunc. & in l. Abſentem. de procurat. Licet contrarium uoluerit Bart. in

30.

31.

d.l.ſi quis inficiatus. Cuius dictum perpetuò mente
32. tenendum eſt. † Deniq; prædicta regula extendi-
tur, ut etiam per hæredem creditoris debitor conſti-
tuatur in mora, qui hæres licet poſsit interpellare
debitorem defuncti, non tamen poſſet prius, quam
probauerit ſe eſſe legitimum hæredem, ita Bart. in d.
L.Quod te, per rationem d.l.ſi quis inficiatus. Poſi-
tis extenſionibus ad regulam noſtram, ſequuntur
iam exceptiones, quæ plures ad eam dari poſſunt.
33. † Prima eſt, ut regula non procedat in his, quæ
per ſolum iudicis officium expediuntur, ita Bart. di-
cebat in d.l.Si ex legati cauſa. per tex. in l. cum poſtu-
laſſem, ubi etiam Bart. dicit, de damno infecto, cuius
ratio eſt, quod tunc iudex debet cogere partem ad
hoc faciendum, non autem pars, ex quo nō eſt obli-
gata. Iſta exceptio in ſe uera eſt, ſed debet aliter de-
clarari quàm per DD. ut dicatur ſic in caſibus, in
quib. pars non eſt obligata, & per conſequens nulla
eſt actio, cum, ut dici ſolet, obligatio pariat actionē,
iurib. uulga. Ideò nulla mora poteſt eſſe per regulam
L.Pupillus, de uerb. oblig. Nam cum non naſcitur
actio, non poteſt conſiderari mora. Videmus enim
partem non poſſe compellere debitorem ſuum, niſi
per iudicem, alias creditor perderet ſuum creditum,
34. L. Extat. quod met. cauſa. Secunda exceptio eſt †
ut non procedat in contractibus bonæ fidei, ultro
citroq; obligatorijs, iuxta l. Labeo. §. Contractum.
de

de uerb. obligat. Nam ſi unus ex cõtrahentibus impleuerit pro parte ſua id quod præſtari conuenit, alter conſtituetur in mora abſq; ulla interpellatione, ita Alex. in d. L. quod te, per L. curabit. C. de action. empt. & facit ad hoc bonus text. de quo inf. in d. l. in minorum. C. In quib. cauſ. reſtit. non eſt neceſ. Sed aduertendum eſt circa hanc ſecundam exceptionẽ, quod tex. in d. l. Curabit, duas rationes ponit, ſcilicet rationem fructuum perceptorum, & minoris ætatis fauorem, & ideò ſuccedit regula, † quod quando 35.
plures rationes ſimul concurrunt, debent omnes habere locum, ſicut quando duæ ſunt rationes prohibitiuæ, licet una ceſſet, remanet tamen legis diſpoſitio, per notata in §. Affinitatis. Inſtic. de nuptijs, & hoc idem dicit tex. in d. l. in minorum. Tertia eſt exceptio † in reb. minorum, ut in d. l. in minorum. 36.
ubi eſt caſus: Et iſta exceptio eodem modo declaratur, quo præcedens. Notatur tamen per d. l. in minorum, ultimas uoluntates æquiparari contractibus bonæ fidei, quod utile eſt, quia iſte text. iuncta gloſ. ſemper ad hoc adducitur. Quarta exceptio eſt † in 37.
cauſa eccleſiæ, Ad hoc eſt glo. ſingularis in §. ex maleficijs, uerſ. Item mixta. Inſtit. de action. in uerbo; iudicium. Alex. in d. l. Quod te, adducit plures deciſiones ad confirmandam hanc exceptionem, præſertim Romani deciſionem in ſing. 118. Tu habes quod in minori. Et in repet. Auth. Similiter. C. Ad l.

C 3 falcid.

Falcid.in xi.ſpeciali iudiciorum. Confirmatur iſta exceptio ex proxima ſequenti exceptione. Nam ſi in fiſco ſpeciale eſt, ut non ſit neceſſaria interpellatio, eodem modo etiam in eccleſia, cum eccleſia & fiſcus æquiparentur. L. final. C. de ſacroſ.
38. eccleſ. † Non obſtat quòd per quoſdam nouiſsimos noſtros in hoc compendio moræ dicitur, plures exceptiones traditas ad regulam non procedere, eò quia non habent ll. expreſſas. Ad hoc enim reſpondetur, ſatis eſt quod ſit eadem ratio, quia tunc extenſio admittitur, ubicunque eſt eadem ratio, cum ratio ſit cauſa Legis. l. Cum mulier. ſolut. matrim. cum alijs. Et uidemus quod etiam in odioſis propter rationis ſimilitudinem, admittitur extenſio, ut in l. libertum. §. Senatuſconſ. de rit. nupt. in l. filium quẽ habeo. Ad Macedo. cum ſimilibus. Quinta exceptio
39. † ponitur in fiſco per gloſ. ſing. in l. cum quidam. §. fiſcus, in uerbo: Inferunt. de uſur. cum plurib. adductis per Alex. in d. L. Quod te. Hoc idem uoluit Rapha. in d. l. mora. in prin. de uſur. iſta exceptio quoque nõ uidetur generalis, prout plures aduertunt recentiores, in d. L. Quod te, et in alijs locis, et ultimo loco Bolonginus, in addit. ad d. l. Cum quidam. §. fiſcus. Idem notãt etiam Mutinenſes, quatenus tex. ibi dicit, fornicaris: Qui aũt ſint iſti, Accurſ. ibi declarabat: clarius tamen recentiores, ut ibi patet per Budæ. & alios. Dicuntur. n. ita opifices et ſimiles, qui conduce

bant

bant tabernas à fiſco ſub fornicib. ad merces conſeruandas. tex. etiam aliàs legitur à fornicarijs, quod & Accurſius ibi notabat, & ita habetur in Pandect. Florent. in quo loco & in alijs, apparet Accurſ. uidiſſe Pandectas tunc temporis Piſis, prout ipſemet appellabat Pandectas Piſanas in d. l. 1. ſi cert. peta. Sed cum hodie ſint Florentię, appellãtur Florentinę ab omnib. Sexta exceptio eſt † in decimis. Ad quod 40.
eſt tex. cum gl. in c. Reuertimini. 16. q. 1. tradũt DD. in c. ex parte. Ext. de decim. Alex. in l. Lineam margaritarum, in fin. poſt Caſtren. inf. Ad l. Falcid. Roma. & Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. de uerb. obligat. in quibus locis dicunt illi, Decimas portandas eſſe ad domum Sacerdotis: qua de re eſt tex. aper. in d. c. Reuertimini. Septima eſt limitatio
† in dote promiſſa per extraneum marito. Nam 41.
poſt biennium conſtituitur in mora abſq; ulla interpellatione eius, cui promiſſa eſt, per text. ſingularem. l. final. §. Præterea. C. de iurę dot. Octaua
eſt exceptio † in libertate, quæ ſi non præſtatur, illico debitor conſtituitur in mora, quam incurrit re ipſa. Quamuis DD. non ponant hanc exceptionem, caſus tamen eſt apertus in l. Cum uero. §. Apparet. de fideic. libert. Notat gloſ. magna in d. l. mora, in prin. ibi: Tertio in libertate. Nona 42.
eſt exceptio, eaque generalis, † ut in omnibus pijs 43.
cauſis mora contrahatur re ipſa, ſicut in d. l. In

minorum,

minorum,& in alijs caſibus ſup. adductis. Nam ſi in dóte & alijs ſimilibus caſibus fit exceptio, multò magis regula ceſſare debet in pijs cauſis, in quib. agitur de ſalute animarum,& dicendum eſt,debitorem conſtitui re ipſa in mora abſq; ulla interpellatione,cũ cunctis rebus anima præferenda ſit.l.ſancimus, de ſacroſan. eccleſ. Decimo limitatur regula

44. prædicta,quando † quìs iurauit ſe aliquid præſtare uel facere uelle, quia tunc non requiritur interpellatio. Ita Alex. in d.L. Quod te, per ea quæ notauit Ioan.And. & alij in c. cornui. Ext. de iureiur. & per Speculator.in tit.de Aduocat.§.1.uerſ.ſed num quid is qui iurauit.Doctores in c.breui, de iureiur.Curtius Iunior in conſil. 74.col. 4. Gozad. in conſ. 27. col.3.& in conſil.31.col.1.in fin.& in conſil.57.col. 3.circa medium, Crauetta in conſil.64. in tractatu matrimonij,lib.1.Hoc idem uoluit Alex. in ſimili,in

45. l.2.§.uoluntatem.ſolu.matri.ult.col. † ut ſi uenditor iurauerit de euictione,quod teneatur defendere rem uenditam abſq; ulla denunciatione, quod notandum eſt pro cautela, ut uenditor iuret, quia tunc non opus erit denunciatione litis, quod ſecus eſſet ſi non iuret. Nam ſi emptor non denunciaret uenditori litem motam eſſe, & res euinceretur, non teneretur uenditor; Alex. tamen hic decidit contrarium per tex.in c. Licet. Si de feud. fuer. controu. ubi uaſallus non tenetur offerre ultro ſeruitium domino,&

no, & tamen uaſallus iurat ſe inſeruiturum domi-no.c. 1. de noua for. fidelita. & c. de forma.22.q.5. Idẽ affirmat quoq; Aret.in l. Si ſeruus cõmunis,inſi. de uulg. & pupill.In hac exceptione DD.inter ſe diſſentiunt.Quidam recentiores,Mutinenſes in d. L. Quod te,conabantur recõciliare hanc quæſtionem. Sed eorum dicta omitto,quia nihil boni adducunt. † Placet mihi iſta exceptio & confirmatur ex pluribus. Primo per ea quæ infra dicam, quod iuramentum operetur ut mora purgari non poſſit. Secundo probatur, quia iuramentum habet uim clauſulæ, ut actus ualeat omni meliori modo, & c. ut eſt tex. & ibi Bar.ſingulariter notat in l.cum pater. §.filius matrem,de leg.ij. Nam qui iurat & preciſè & omnino ſe obligat, quia iuramentum prouenit ex deliberata mente obligantis. Poſtremo confirmatur iſta exceptio per uiuam rationẽ. Nam ſi dies expreſſus operatur,ut non debeat interuenire interpellatio. d. l. magnam, coniuncta ratione ibi in fine. C. de contrah. & committenda ſtip. (dies enim interpellat, pro homine) multò magis iuramentum interpellat nos in noſtra conſcientia.Nam qui iurat non ſolum parti iurat,ſed Deo.c.Debitores.Ex.de iureiur.ideo conſcientia & Deus nos admonet,ita ut non ſit neceſſaria denunciatio.Et ita tenendo non obſtat tex. in d.c. Licet: Quia reſpondetur, quod ibi ſumus in obligatione facta in genere, quando uaſallus pro- 46.

D mittit

mittit Domino ſeruitia in genere & iurat, quia facile poteſt ignorare an dominus indigeat nec ne, ideo Dominus debet petere, & proprerea text. ibi dicit, quod ſi uaſallus ſciat Dominū indigere, debet ultrò offerre ſeruitia, aliàs caderet à iure ſuo, quod ſecus eſt in caſu noſtro, quando quis iurat ſe aliquid facturum uel traditurum. Nam tunc non eſt admonendus, cum ille ſciat quod promiſerit & iurauerit. Vndecima limitatio eſt, ut regula procedat. † quan-
47. do prius debitor non erat in mora. Nam per interpellationem conſtitueretur in mora, ſecus uerò ſi prius fuiſſet in mora, & creditor debitorem in mora cōſtitutum interpellaret; tunc enim nō uideretur eum conſtituere in mora, imò ipſius moram purgare & recedere à mora commiſſa, et per conſequens eum reſtituère, hoc caſu interpellatio produceret contrarium effectum. Ita ſingulariter uoluit Bar. in L. Æmilius. col. 1. per illum text, iuncta gloſ. ibi, de minor. Quam ſententiam Bartoli ibi omnes DD. plurimū commendant, & indifferenter ſequuntur in d. L. Quod te. & in d. l. ſi inſulam. de uerb. obligat. Solus Iaſ. contrarium dicit & diſputat pulchre hunc articulum. Inprimis Iaſon adducit eundem Bart. in l. Non ſolum. §. Non morte. in ſecunda ſpecie proteſtationis. de ope. no. nunciat. Secundò pro hac ſententia ultra tex. in d. l. Æmilius adducit tex in l. ſi Stichum. in prin. de noua. ubi eſt tex. notab. ut ſi debitor fuit cōſtitutus

ſtitutus in mora, ita ut teneretur de periculo interitus ſi creditor ſecũdo loco ſtipuletur, uidetur morã remittere ibi, quaſi mora purgata. Vt dixi, Iaſ. tenet cõtra Bar. & bñ. qui ſatis ſubtiliter mouetur. Primò negat aſſumptũ Bar. quod licet creditor interpellet debitorem, non propterea uidetur recedere à præcedentibus, & ſic à mora cõmiſſa. Imò potius uidet creditor eũ incitare ad ſolutionem, & eũ tanquã contumacẽ in mora aggrauare, ita ut magis augeat moram interpellatio, quam diminuat, & cum intentio creditoris ipſius fuerit interpellare & incitare debitorem, non debet contrarius effectus ſubſequi, per regulam illam uulgarem, ea quæ ſunt inducta ad augendum, non debent inducere diminutionem L. legata inutiliter. de adimen. leg. Secundo mouetur, quia geminata interpellatio diuerſo tempore facta, magis aggrauat moram, non autem remittit, quod patet. † quia geminata mora tollit moræ purgatio- 48.
nem, d.l. Traiectitiæ. §. de illo. de oblig. & action. ſecundum unam lecturam ueriorem, per quem text. ita Roma. & Alex. tenent in d. L. ſi inſulam. Confirmando hanc ſententiam ultra Iaſ. adduco duo optima iura, Primum text. in l. Qui Romæ. §. Cohæredis, ibi: ſæpius interpellato, de uerb. oblig. ubi plures fuerunt interpellationes, prout ibi tex. expreſſè preſupponit, & tamẽ una nõ tollebatur

per aliam. Secundo urget tex. in d. l. Titia Seio, §. Vſuras. de legat. 2. ubi dicitur quod ſemel mora commiſſa nõ ceſſat, ſed perpetuare dicitur, ergo una mora non extinguit aliam. Tertiò uiua ratione confunditur ſententia Bar. & DD. Nam in dubio ſemper debemus excogitare, quod nemo uelit ſibi præiudicare & ius ſuum amittere, arg. l. Cum de indebito. de probat. Necꝙ etiam in dubio facienda eſt interpretatio, ut quis uideatur elegiſſe uiam, per quam ſibi præiudicare poſſet. Ita in hoc caſu, creditoris rurſus interpellantis debitorem, ut dictum eſt, mens & intentio nõ eſt liberare debitorem à mora commiſſa, quia multum pati poſſet propter periculum interitus rei, prout dicit tex. in d. l. ſi Stichum. Item plures aliæ rationes ſunt, quæ hoc ſuadent, quarum hæc non eſt minima, quod mora plures effectus producit, quos in dubio creditor negligere nõ uidetur. Teneo igitur & ego cum Iaſone hanc ſententiam, quæ uerior eſt, quam reperio quoꝙ præceptorem meum amplecti, licet ſuccinctè in d. l. Vinũ. nu: 14. Si cert. pet. ubi mentionem facit Iaſonis.

19. † Retenta hac ſententia quæ uerior eſt, & æquior, ſecundum quam bona conſcientia poſſet quis iudicare & conſulere, ſola difficultas eſt reſpondere ad tex. in d. l. Æmilius, Ad quẽ Iaſon reſpondet tribus modis. Prima reſponſio eſt. Quod in illo tex. interuenerunt diuerſæ interpellationes, una legis, altera hominis, illius igitur loci ratio eſt,

tio eſt, ne plura ſpecialia ſimul concurrant, contra regulam cum ibi notatis in l. 1. C. de dot. promiſſ. Iſta reſponſio nulla eſt à qua etiam ipſe, licet non dicat, recedit, et ratio eſt, quia omnes interpellationes, de quibus ibi, proueniebāt ab homine principaliter, cum pactum legis commiſſoriæ, de quo ibi, expreſſum erat à contrahentibus. Secunda reſponſio Iaſonis erat, quæ fuit Bal. in l. Acceptum. C. de uſur. q. 2. ubi dicit, quod tex. in d. l. Æmilius, loquitur, quando debitor tenebatur ſoluere certo termino, quo termino lapſo creditor conſtituit eum in mora, niſi creditor prorogaſſet terminum, quia propter termini pro rogationem uidetur creditor receſſiſſe à mora. Sed ut Iaſ. quoq; aduertit, iſta reſponſio non poteſt procedere, quia in tex. illo nulla fit mētio de prorogatione termini facta, dicit enim textus: Sæpius interpellatus fuit. Et ultra Iaſo. probatur expreſſius illam reſponſionem non poſſe conſiſtere. Nam ſi prorogatio facta fuiſſet termini, ſequeretur quod expreſſè renunciatum fuiſſet pacto legis commiſſoriæ: ſed tex. ibi dicit, legi commiſſoriæ renunciaſſe uideretur, & ſic fictè, non uerè, quod non ita eſſet, ſi expreſſa facta fuiſſet prorogatio. † Clarius reſponderi poteſt ad d. l. Æmilius, quod ille tex. loquitur in terminis legis pen. de lege commiſſor. ubi dicitur, quod ſi uenditor poſſet reſcindere uenditionē propter pactum legis commiſſoriæ, ac etiam rei pretium 50.

petere & ita ſit in ipſius electione, eligendo unum remedium, alteri renunciare uidetur, non poteſt aliud inuocare, pro ut natura eſt electionis, quod una uia electa, ad aliam quis tranſire non poſsit, l. Quod in hæredem. §. Eligere. de tribut. in l. Serui electione, de Leg. primo, facit text. in l. Apud Aufidium, de opt. lega. Et hoc eſt quod text. ibi dicit, receſſiſſe uideretur. Non obſtat text. in l. ſi Stichum, in prin. de nouat. inductus per Iaſ. pro ſententia Bar. ad quem tamen ipſe non reſpondet. Ad illum enim text. facile reſponderi poteſt, quod illud ibi fit propter nouationem: quia nouus cõtractus factus erat. Et hoc eſt quod dicit ibi text. quaſi mora purgata. Et ex hac ſolutione infertur unum notabile, de quo
51. inf. dicam, † quod ſi in mora conſtitutus ſit debitor, & interueniat uouatio, & ſpecies pereat, periculum rei ſpectat ad creditorem, et non ad debitorem, ex quo receſſit à priori contractu expreſſè. Duo
52. decima ſit limitatio, † ut regula locum non habeat, quando interpellatus non habet facultatem rei reſtituendæ tempore interpellationis: quia tunc mora non committitur. Nam difficultas excuſaret debitorem à mora, gloſſa eſt ſingularis ad hoc in L. Vinum. Si certum petatur in gloſſa magna circa princip. ibidem ſoluere non ualebat, quam gloſſam ibi pro ſingulari ſequuntur Angelus, Salycetus. Ro-

manus

manus, Alexan, & alij. Hæc exceptio nullam habet difficultatem, pro ut dicit quoq; Iaſ.in d.l. Si ex legati cauſa, & caſus eſt apertus. in d.l. Quod te, ſi certum petatur. Si quis bene inſpexerit, dum in ſecunda parte dicitur, quando mora conſtituatur, Iureconſultus conſiderat poteſtatem rei reſtituendę, & hoc nõ ſolum habet locum in materia moræ, uerum etiam in omnibus caſibus & promiſſionibus, ut difficultas rei tradendæ excuſet nos à mora & à pœna, ad quod optimus eſt tex. qui ſemper adducitur, in l. ſi uehendæ. §. Idemq; iuris. Ad l. Rhod. de iactu, ad idem eſt bonus text. in c. ſignificante, Extra de pignor. ubi dicitur quoq;, quod habet locum etiamſi iuramentum acceſſerit, quod notandum eſt, cum iuramentum habeat uim litis conteſtatæ, & impediat moræ purgationem, ut infra dicam. Decimo tertio & ultimò limitatur prædicta regula † 53. in eo qui promiſit ſe facturum & curaturum. Nam tunc non eſt neceſſaria interpellatio, quia ipſemet curare debet ſatisfacere promiſsioni ſuæ. Hanc limitationem ponit quoq; Alexander in d. l. Quod te, per dictum Bal. ſingulare in c. 1. §. Ad hoc, in uers. promptiores, in tit. Hic finitur lex. Dictum Bal. plurimũ commendat Aret. in d.l. ſi ex legati cauſa, & in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſũ, de uerb. obligat. Sequitur hanc exceptionẽ Fel. in c. Ex reſcripto de iureiur.

Sed

Sed iſtud dictum Baldi, pluribus dubitabile uidetur, ut hic apud recentiores uidere licet, quod nec mihi ſatis placet. Mouentur illi primò contra dictum Baldi hac ratione, quia ſi iuramentum expreſſè hoc non operatur, ut ipſimet dicunt poſt Alex. et à nobis proximè dictum eſt, ergo nec in iſto caſu. Quia iuramẽtum continet hanc clauſulam, ſe facturum & curaturum, ut Aret. dicit in d. §. poſſum. Sed ad hoc facile eſſet treſpondere, & defendere Bal. Quia ſupra diximus & probauimus, iuramentum inducere moram abſq; ulla interpellatione, ergo et iſta promiſſio, Sed alia ratione non uidetur procedere dictum Bal. Nã iſta promiſſio, ſe facturum & curaturum, non debet eſſe ualidior, quam ſimplex & mera obligatio. Quia qui aliquid promittit, debet curare & facere, ut ſatisfaciat promiſsioni ſuæ, ſed ſimplex obligatio requirit interpellationem, d. l. ſi ex legati cauſa, & d. l. mora, cum aliis, ego & iſta promiſsio. Nam iſta obligatio potior dicitur, quoad obligationem factam alicui ut licet ſtipulatio facti alieni non pręciſè obliget promiſſorem. L. Stipulatio iſta, in prin. de uerb. obligat. tamen quando quis dicit ſe curaturum & facturum, tunc certè pręciſè aſtringitur, & promiſsio in hoc eſt ualidior, ſed non propterea eſt fortior ſimplici obligatione. Ita DD. dicunt in d. l. Stipulatio iſta, in prin. ubi alias dixi. Accedit quoq; ad oſtendendum, quod promiſſio iſta, ſe curaturũ et facturũ, nõ ſit potentior.

Nam

Nam continet diligentiam exactam, non tamen omnino ut præciſè obliget, & ſi probatur diligentia & opera à promiſſore, debet liberari. Ita DD. dicunt in c. Gemma. Ext. de ſponſalib. & in d. l. ſtipulatio iſta, quod licet ſtipulatio alicuius facti non obliget, ut dictum eſt, tamen ſi ſub pœna facta eſt, tunc obligat, d. l. Stipulatio iſta, in prin. Proinde ſi promiſſor probaret ſe diligentiam & operam adhibuiſſe, excuſaretur à pœna quoq; propter difficultatem, per dictum ſingulare Fred. de Senis in conſ. 122. quod conſilium relatum eſt inter conſilia Bart. licet Frid. attribuatur.

† Secundum requiſitum eſt ad moram committendam, ut debitum ſit liquidum. Baldus in L. Acceptam, col. 3. in 6. oppoſitione, C. de uſuris, & in conſilio 461. Super primo puncto, circa finem, lib. 2. Socinus in conſ. 109. col. 3. ad finem, uerſ. confirmatur hæc pars, lib. 1. Iaſon in L. ſi ita ſtipulatus eſſem, in 4. notab. de uerb. oblig. Decius in conſ. 2. col. 3. ad finem, uerſ. Secundò quo ad alios, lib. 1. Crauetta in conſ. 89. nu. 5. lib. 1. Item ut ſit purum & competat petitio. Nam ubi nulla eſſet petitio, nulla poteſt mora conſiderari. L. ſi pupillus. de uerb. oblig. Ad idem eſt tex. cum reg. in l. Nulla. de reg. iur. & in L. Lecta. uerſ. Sed conſortis. Si cert. peta. ubi dicitur, Nec ipſo iure mora committitur, ſi quis ſe exceptione tueri poſsit. Vnde infertur, quod cui competit 55.

E à lege

à lege dilatio, is non dicitur eſſe in mora, l. ſi cum exceptione. §. quatenus, in glo. in uerb. Tripli. Quod met. cau. Nam ſecundum iuris regulas, qui facit lege permittente, non peccat. L. Grachus. cum ſimilib. C. de adulter. Hinc eſt quoq;, ut ſi quis iure deneget ſolutionem, non dicatur moram committere. L. ſi quis ſolutioni, in prin. de uſur. & ideò mora conſideratur, ubi nata eſt naturalis & ciuilis obligatio,
56. † ſola nempè obligatio naturalis non ſufficit ad conſtituendum aliquem in mora. Nam naturalis obligatio nō parit actionē, ſed ſoluti exceptionē. L. iuris gentium. §. igitur nuda, cum ſimilib. de pact.
57. † Iſtud requiſitum, ſcilicet non eſſe moram ubi nulla ſit petitio, procedit quando petitio non ſit apta ad producendam actionem ratione cauſæ, ſecus ſi ratione perſone, per d. l. ſi quis ſolutionis. de uſur. ubi in negotiorum geſtore conſtituitur mora, & tamen ipſe non habet actionem, l. ſi pupilli. §. uideamus, de negot. geſt. qua de re eſt glo. in d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de uerb. obligat.
58. † Infertur quoq; ex hoc requiſito, quod quis etiam non incidat in pœnam, ubi nulla ſit petitio, Quia ex mora pœna committitur, l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact.
59. † Item ſupradicta uera ſunt cum hac declaratione, ut non inducatur mora, ubi ceſſat petitio, quo ad inducendam, non aūt quo ad conſeruandā moram: quia conſeruaretur mora, ubi nulla eſſet petitio, Ita dicit Dec. in d. l. Nulla, &

ſa.& ſa.tex.in d.l.Titia Seio.§. uſuras. de lega. 2. ubi mora ſemel commiſſa durat,& perpetua efficitur.

Tertium requiſitum eſt † ut paulo ante dictũ eſt, 60.
ita quem conſtitui in mora, ſi habeat poteſtatem rei reſtituendæ, per gloſ. mag.in d.l.Vinum, & per text.in d.L. Quod te. Hoc intelligitur procedere, dummodo culpa, uel facto non deſierit poſsidere: quia alias conſtitueretur quis in mora, & non excuſaret, ex quo pro poſſeſſore haberetur, ut ſup.dict. eſt. Itẽ etiam ſi facto,& ex ſuo delicto deſierit poſsidere, ut ſi tenebatur ad ſeruũ tradendũ, & ipſum occiderit, ſtatim ipſo facto abſq; ulla interpellatione cõſtitueretur in mora, ut dicitur in d.l.ſi ex legati cauſa.

Quartum requiſitum ſit, † ut in obligatione dies 61.
ſit certa, ad hoc ut debitor præuidere poſsit: alioquin n.non conſtitueretur in mora, d.l.Magnam.ubi caſus.C.de contrah.et cõmit.ſtipulat.ibi, certo tempore. Et hoc expreſsè tenet Bart. in l. Ità ſtipulatus, in prin.q.2.de uerb.oblig. Ideoq; dies eſt certificanda & exprimenda. † Et ꝓpterea infertur à DD.ut ſi ꝓmiſiſſem ſub pœna, quod Titius ratum habebit certũ 62.
contractum, cum erit legitimę ætatis, ex quo dies nõ fuit certa, admitteretur moræ purgatio, quæ aliàs nõ admittitur, quãdo dies adiecta eſſet certa, d. l. Traiectitiæ.§.de illo.de oblig.& action. Putarẽ tñ, ſi perſona talis eſſet, quæ uerìſimiliter notitiã ætatis habere poſſet, tunc committi moram, ut ſi pater promitteret

pro filio, qui uériſimiliter habet notitiam ætatis, uel etiam cognati pro alijs cognatis, qui ueriſimiliter habent notitiam factorum ſuorum cognatorum, l. de tutela. C.de in integr. reſtit. minor. d. L. octaui, cum adductis per Bar.& omnes DD. in l. 1. Si cert. peta. Quæ iura intelliguntur inter coniunctos ſtricto ac proximo gradu, prout prædicta iura loquuntur, ut patet in d.l. octaui,& in d.l. de tutela, ut ibi per Decium in nouiſsimis commentarijs, in d.l. 1. licet DD. generaliter intelligant.

63. Quintum ſit requiſitum, † quod ad hoc ut quis conſtituatur in mora, neceſſe eſt ut interueniat interpellatio cum aliquo temporis temperamento, nõ ſtatim quo quis eſt interpellatus, conſtituitur in mora, d.l. Ratum.& d.l. Quod dicimus,& in l. ſi quis filium. §. Stipulatio. de collat. bonorum. ubi caſum eſſe ſup. diximus,& ſimul defendimus, iſtud temperamentum arbitrio iudicis committendum eſſe.

64. Sextum requiſitum eſt, † ut interpellatio fiat loco oportuno, d. l. mora: de uſuris. ibi, interpellatus oportuno loco. Sed quomodo dicatur oportunus locus, DD. hic non declarant. Circa hoc dicendum eſt, ſi à partibus eſt locus expreſſus, in illo loco, de quo eſt à partib. actum, debet fieri ſolutio, uel ſatisfactio, ad quod in ſimili facit, id quod dicitur in d. l. Vinum, ut ſi aliter locus non ſit expreſſus à partibus, tunc intelligatur de loco, in quo quis iure communi

muni conueniri poteſt, ut patet in d.l. Vinum, cum gloſſa ibi, & ad hoc facit text. in l. fin. cum ibi not. de condict. trit. & dicit Alex. in d.l. uinum, hoc debere intelligi, ſi in genere res debeatur, ueluti uinum, frumentum & huiusmodi, ſecus ſi in ſpecie, quia tunc eo in loco res debetur, ubi naſcitur, per text. in l. Quod ſi legatur. §. præterea, de iudicijs. † Et ideo 65.
infert Alex. ut ſi quis diceret, uendo tibi uinum Vicentinũ, tum Vicentię tradendũ ſit, & non Patauij. Idem Fulgo. quoq; dicebat in l. Ratio, §. fin. de actiõ emp. Sed hoc durum uidetur, ut ſentit quoq; Decius præceptor noſter in d.l. uinum, ubi dicebat, ſi quis uenderet Piſis uinũ Lucenſe, debere tradi Lucæ, & non Piſis. Idem eſt etiam, ſi quis in his partibus uenderet uinum Rhenenſe, uel Auſtriacũ: In illis enim partibus in quibus naſcitur uinum, tradi deberet. Ratio tamen haberi debet ad partium intentionem. Optimè uero reſpõdet ad text. in l. Quod ſi legatur, §. præterea, quod ille text. uidetur loqui non ratione loci, ſed ratione indiuidui, ut ſi dicerem, uendo tibi decem modios frumenti, uel lego tibi ex tali horreo, uel decem amphoras uini ex tali dolio; tunc in ſpecie in illis rebus ſic deſignatis debet fieri ſolutio. Huc etiam facit quod notabiliter uoluit Angelus, per illũ tex. in l. ſed ſi ſuſceperit. §. Si libertis, ſup. de iudic. ut ſi legatum fieret ſtudenti, commoranti Bononiæ, uel Patauij, tunc ſolutio facienda ſit in illo loco, in quo

ipſe ſtudebat: & ideò ſi ſtudioſo Ingolſtadiano pro cauſa ſuorum ſtudiorum aliqua ſolutio facienda eſſet, deberet fieri hic, & non alibi: quia habetur ratio
66. loci, in quo perſona cui debetur commoratur. † Sed uidetur, prout in ſimili dicunt in d. l. Vinum, recentiores, prædictam diſtinctionem non debere procedere, eò quia ſemper habenda ſit ratio ad locum in quo ſit contractus, per regulam, L. Contraxiſſe. De obligatio. & actio. Mouent quidẽ hoc dubium Doctores, ſed relinquunt cogitandum. Sed reſponderi poteſt, quod imòratio L. Vinum. & d. l. fin. de condic. tritica. procedat, quotieſcunq; ſumus in genere, ut habeatur ratio loci in quo res naſcitur, uel ſi non eſt dies expreſſus, ut tunc attẽdatur locus in quo res petitur, ſi talis fuerit locus, ut in illo perſona cõuenta conueniri, nec forum declinare poſſet.

67. Quoad quartam partẽ ponatur † regula, eas perſonas moram committere poſſe, quæ obligari poſsint, & non alias: ex qua ſtatim infertur pupillos non poſſe moram contrahere, ex quo non poſſunt obligari, nec naturaliter nec ciuiliter, niſi proximi ſint pubertati. l. 1. cum ibi not. de nouat. Et hoc expreſſè probatur in d. l. ſi pupillus, ubi regula ponitur, nullam moram committi poſſe, ubi ceſſet petitio, ut ſupra dictum eſt. Et ratio eſt, quia mora dicitur quædam culpa ſeu quoddam delictum, et fur & is, qui

iſ,qui in mora eſt æquiparantur. d. l. Inter ſtipulantem. §. 1. de uerb. obligat. Ideo pupilli, infantes, furioſi, & ſimiles non dicuntur conſentire; quia omni ſenſu carent, unde nec delinquere poſſunt. Ad hoc eſt bonus text. in l. ſi quis teſtamento. §. fin. C. de inoffic. teſtam. † Adeo autem uerum eſt, pupillum non poſſe moram cõmittere, ut procedat etiam ſi in obligatiõe tutoris auctoritas acceſſerit, quo caſu pupillus naturaliter & ciuiliter obligatus eſſet: tamen pupillus non poſſet moram committere abſq; tutoris auctoritate, d. l. ſi ex legati cauſa. cum l. ſequenti. Et licet Bar. aliàs dixerit, ſolum pupillum citari, per l. 1. §. Sufficit, per illum tex. De adminiſtrat. tut. Et in l. Qui habet. §. Sj pupillus, ad fin. De tutor. Tamen Bar. ſententia à DD. non recipitur, ut patet per DD. late in locis ſupradictis. Imò et Alex. refert in l. Contra pupillum, De re iudic. in facti contingentia fuiſſe contra Bar. pronunciatum. † Aduertendum tamen hęc procedere, quãdo ex proprio contractu pupillus eſt obligatus, ſecus ſi obligatio proueniſſet ex facto auctoris, ueluti prędefuncti, Exẽpli gratia: Si pupillus hęres factus alteri ſucceſſerit. Nam tũc ſolus pupillus poterit interpellari abſq; tutoris auctoritate, & morã cõmittet. Ita Ang. et Cum. dicebant in d. l. ſi ex legati cauſa, qui adducebãt tex. in l. Magis puto. §. Si pupillus ſtipulanti. ibi: Sine Prętoris auctorit. De reb. cor. itemq; ratiõe moueb. Nã pupill9 de facto ſuccedens debet uti iure defũcti, ad q adducũt tex. in d. l. Æmili9 de mi-

68.

69.

de minor.et l. Apud Iulianum. Ex quib.cau.maior. At defunctus ſolus poſſet interpellari. Ergo et pupil-
70. lus. Sed † indiſtinctè placet mihi, ut ex quacunq́ cau ſa pupillus ſit obligatus, non poſsit in mora conſti- tui per interpellationem duntaxat, ſed neceſſaria ſit tutoris auctoritas & interpellatio. Ita Roma. et Imo. ac Alex. & alij tenẽt per text. in d. l. ſi ex ſtipulatu, qui text. ſequitur d. l. ſi ex legati cauſa, ubi expreſſe dici- tur, pupillum non poſſe in mora conſtitui absq́ tu- tore. quod confirmatur, quia d. l. ſi ex ſtipulatu, ge- neraliter loquitur, nulla facta diſtinctione circa cau- ſam obligationis. Secundò mouentur prædicti DD. doctrina Bart. in l. Cum filius. §. In hanc. de uerb. ob ligat. & adducunt glos. in l. Si cum militaribus. C. de in integ. reſtit. minor. ubi dicunt, idem iudicandum eſſe, de obligatione ex cauſa hæreditaria, quod ex cauſa pupilli. Sed ſi cum minore inciperet obligatio, non ſufficeret ut ſolus pupillus interpellari potuiſ- ſet. d. l. Si ex ſtipulatu, Eodem modo in obligatione hæreditaria, uel ex facto alterius. Et hanc ſententiam quoq́ tenent recentiores in ſuo compendio Morg, in. 3. parte princip.
71. † Sed diſputando poſſet defen- di ſententia Ang. & Cuma. Nam quando obligatio deſcendit ex cauſa hæreditaria, pupillus eſt obligatus ex facto alieno, & nõ poteſt decipi, unde merito nõ debet conſtitui in mora absq́ tutore, ſicut nec po- teſt citari absq́ tutore, ut ſupra dictum eſt. Et hæc ra

tio

tio uidetur eſſe dicta l. Magis puto. §. Si pupillus, Et ita tenendo non obſtarent prædicta, primo quidem text. in d. l. ſi ex ſtipulatu. Quia ibi loquitur, quando ex facto proprio pupillus eſſet obligatus, prout ibi apparet. Nec obſtat dictum Bart. in d. l. Cum filius. §. In hanc, quia Bart. loquitur, quo ad obligationem, non quo ad modum conſtituendi in mora, Pupillus enim cum non habeat conſenſum, et per conſequens non poſsit delinquere, non debet conſtitui in mora, niſi interpelletur, per rationem adductam in d. L. ſi pupillus, ibi, nulla petitio, &c. Et in d. l. Nulla. Sed nulla petitio datur cõtra pupillum etiam obligatum naturaliter & ciuiliter: Ergo, &c. Tamen placet mihi magis Rom. Imo. & Alex. ſententia, quę magis communis eſt, cuius uiua ratio eſt, cum pupillus, ut dictum eſt, non habeat conſenſum, & per conſequens, non poſsit obligari, ſequitur quod non poſsit conſtitui in mora. Nam ſine actione nemo requiritur, d. l. ſi pupillus. §. uideamus. de negot. geſt. Iſta concluſio probatur in d. L. Æmilius, de min. ubi expreſsè apparet, pupillum obligatum fuiſſe ex facto parentis, cui hæres extitit, & tamẽ tex. ibi expreſsè dicit, tutores pluribus denunciationibus interpellatos fuiſſe, ubi nullum uerbum de perſona pupilli. Nec obſtaret ſi quis diceret, quod illud ſit per contingentiam facti: quia contrarium apparet inferius ex illo text. ubi fundamentum fieri uidetur de

52. interpellationibus factis in perſona tutorum. † Et ita tenendo non obſtat tex. in d. §. ſi pupillus ſtipulanti. Quia ille text. non loquitur de tutorum, ſed de prætoris auctoritate, legendo illum text. ut communiter legitur in omnibus codicibus, licet Accurſ. ibi dixerit, quod legatur, tutoris auctoritate, quod non eſt uerum, ut apparet in Pandectis Florentinis. Sed contra prædicta omnia obſtare uidetur, quod imò pupillus præſertim proximus pubertati poſſet conſtitui in mora, eo quia in tali ætate delinquens punitur, l. pupillum, & ibi DD. omnes. De reg. iur. Multo magis poterit committere mo-
53. ram, quod non eſt propriè delictum. † Ad hæc reſponderi poteſt, quod licet proximus pubertati teneatur in delictis, ſecus tamen eſt in contractibus, & in materia noſtra. Quia contractus præſupponunt obligationem quandam, & cauſam præcedentem: delicta uero abſq; ulla cauſa committuntur, ex ſola mente & propoſito, quod punitur in illis. Qua de re late anno ſuperiore dixi in L. ut uim, De iuſt. & iur. cum omnes homicidij ſpecies
54. explicarem. Iuxta prædicta quæritur † an adultus poſsit ſolus in mora conſtitui? Et uideretur dicendum quod ipſe ſolus poſſet conſtitui in mora, eò quia cum conſenſum habet naturaliter & ciuiliter obligatur, licet poſsit petere reſtitutionem uſq; ad certum tempus, ut patet in ff. & C. de reſtitut. minorum.

norum.

norum. Doctores in d.l. Si ex legati cauſa. & in d.l.
ſi inſulam, diſtinguunt: Aut adultus habet curato-
rem, aut non. Primò caſu idem iudicandum eſt de a-
dulto habenti curatorem, quod de pupillo. l. ſi cura-
torem habens. C. de in integ. reſti. Hinc uidimus Ac
curſ. in d.l. mora. de uſur. in definitione moræ dixiſ-
ſe, ab adulto non habenti curatorem: quia quando
habet curatorem, ſimilis eſt pupillo. Secundo uero
caſu ſubdiſtinguebant: aut ſumus in rebus, quæ ſer-
uando ſeruari non poſſunt, & interpellari poterit,
ex quo in his rebus habet plenam adminiſtrationē,
d.l. Si curatorem habens: Aut uerò ſumus in rebus
quę ſeruari poſſunt, ut ſunt bona immobilia, & alia.
Nam tunc adultus non poterit interpellari, & per
conſequens conſtitui in mora, ex quo non habet li-
beram adminiſtrationem, ſicut in alijs rebus. l. lex
quæ tutores. C. de adminiſtrat. tutorum, ideò neceſ-
ſe erit, ut cum iudicis decreto hoc fiat. Circa prædicta
unum dicerem, quod tali caſu, non eſſet neceſſarium
iudicis decretum, † quando adultus non ex perſo- 25.
na propria eſſet obligatus, ſed ex facto defuncti:
quia tunc prætoris non eſſet neceſſaria auctoritas,
per text. in d. l. magis puto. §. ſi pupillus ſtipulan-
ti. de reb. eorum, qui licet loquatur in pupillo, à for-
tiori tamen idem dicendum eſt in adulto, & hoc
modo procedit dictum Ange. & Cuma.

Peruentum nunc eſt ad quintam par-
tem principalem, quæ potiſsima eſt in materia no-
26. ſtra, in qua traduntur moræ † effectus, qui per
quam multi ſunt, Nonnullos poſuit Accurſius in
d.l. mora.de uſur.in gloſ.magna, Alex. & DD.in l.
mora.Soluto matrim. & in d.l. Quod te, & in d.l. ſi
inſulam. Exactius igitur paulo tractanda erit hæc
materia, in qua docetur moræ praxis, prout dicebat
Bart.in d.l.Quod te, in diuiſione textus. Inter cæte-
27. ros effectus moræ, præcipuus eſt hic † ut interitus
rei ſpectet ad ipſum debitorem conſtitutum in mo-
ra, ut in d.L. Quod te, & in d.l. Si ex legati cauſa, &
in d.l.Cum filius.§.fina.& in l. Si Stichum, & in plu-
ribus alijs iuribus, de nouation. Quod ſecus eſſet ſi
non interueniſſet mora: quia periculum interitus
rei ſpectaret ad ipſum creditorem, ut patet in iuribus
ſup. adductis. Circa hunc primum effectum, an &
quando rei periculum ſpectare debeat ad debitorē
uel creditorem diſtinctione quadam opus eſt, ad
hanc materiam declarandam. Nam plurib. modis
debitores conſiderantur. Aut enim ſunt debitores
quantitatis, aut debitores in genere, aut debitores
in ſpecie. Quo ad primum, certum eſt, caſum ſeu rei
28. periculum ſpectare debere ad debitorem, † eo quia
debitor eſt in genere reſpectu quantitatis. Genus
uerò perire non poteſt, l.incendium.C. Si cert.peta.
ubi incendium non liberat ære alieno debitorem.

Nam

Nam licet perierit pecunia mihi debita, non propte-rea debet eſſet liberatus debitor meus, quia non pe-rierunt omnes pecuniæ quæ ſunt penes alios in ci-uitate uel in prouincia; hoc igitur caſu nõ eſt curan-dum, an debitor fuerit in mora nec ne: quia ſemper tenetur. † Iſta prima concluſio, ſeu regula inprimis 79.
recipit extenſionem, & nõnullas exceptiones. Am-pliatur enim ut etiam, ſi quis eſſet debitor ad pon-dus argenti uel auri, re perempta, non liberetur. tex. eſt ſingularis in l. Secunda la. 2. §. Incerta. Ad l. Fal-cid. Iſta regula, ut dictum eſt, plures recipit exceptio-nes. Prima eſt exceptio, quæ non habet difficulta-tem, ut d. L. Incendium. † non procedat cum aliis, 80.
quando creditor fuerit in mora recuſando recipere pecuniam, & nullam iuſtam cauſam recuſandi habe-ret, licet debitor interpellatus fuerit, & in mora con-ſtitutus: quia ultima mora nocet, propterea ſi debi-tor perdiderit pecunias oblatas, creditori amplius non teneretur. Caſus eſt in l. Qui decem, cum ibi notatis. de ſolut. Secunda exceptio eſt in caſu l. Ti- 81.
tius. de præſcript. uer. † ubi qui accepit pecuniam, li-beratur ſi abſq; dolo amiſerit: De cuius tex. deciſio-ne admiratur Caſtr. ibi. quem pro ſingulari habet etiam Alex. in d. l. ſi ex legati cauſa, ubi rationem tradebat, quod ideo ibi ſic deciditur, quia ibi ageba-tur principaliter de fauore commodantis pecuniam, & non de recipientis. Decius hic in glos. in uerbo:

Incendium,dicebat, quod cum ibi inita eſſet ſocietas periculum amiſſæ pecuniæ ex natura contractus debuiſſet eſſe cõmune,per not.in l. 1 C.Pro ſocio. Sed contrarium ibi dicitur:ratio diuerſitatis eſt,quia cum ſolus lucrum eſſet percepturus, qui dedit pecuniam, propterea ſolum ad ipſum ſpectabit periculum:Quę ratio probabilis eſt, & in effectu idem dicit,ꝙ Alex. licet ille uerbis paulo clariorib.id demonſtret. Tertia
82. exceptio eſt in caſibus † l. Vtrum,de petit.hæred. & hoc ex natura tituli bonę fidei:quia non tenetur, niſi
83. locupletior factus fuerit. Quarta exceptio eſt † ſi pecuniæ conſiderantur uti corpus & ſpecies,et nõ tanquam quantitas, cuius conſiderationis plura exẽpla traduntur per I. C. in l. Talis ſcriptura.§.ſed ſi ita. & in l. ſed ſi certior, de leg. 1. cum l. In ratione. §. Sed ſi certis. ad l. Fal. & in l. ſi certos. de uerbor. obligat. ubi pecunia corpori comparatur, & uti ſpecies habetur, quando teſtator dixerit, Lego tibi 100. aureos, quos habeo in arca. Hoc igitur caſu ſequiť, ut ſicut perempta ſpecie, debitor non in mora conſtitutus liberaretur: eodem modo etiam hic: quia pecuniæ ibi non in genere conſiderantur: Vnde nec haberet locum
84. d.l.Incendium. Quinta exceptio ſit. † ſi ex conuentione partium hoc dictum fuerit, quæ conuentio ualeret, cum contractus recipiunt formam ex conuentione partium. l. 1. §. Si conueniat, Depos. Regula
85. eſt in l. Contractus de reg. iur. Sexta eſt exceptio † in ſo-

in ſocietatis contractu, quando unus ex ſocijs daret
pecuniam, alter conferret operam, uti magis indu-
ſtrius; tunc enim ſi periret pecunia, periret periculo
dantis. Ita Bald. in l. ſi patruus. C. Commu. utrius.
iudic. in conſ. 13. Si quis feras. lib. 5. Septima exce-
ptio ſit † in uoto, ut Panor. in c. 1. Ex. de uoto. ex 86.
Aquinatis doctrina, exempli gratia, Si quis uoluiſſet
offerre 100. loco pio, quę dum ſecum portaret, in uia
ſpoliatus fuit: hic liberaretur, niſi forſan eſſet tam
magnæ facultatis, ut alia centum præſtare poſsit, ut
dicit Panor. ibi. Octaua & ultima ſit exceptio † ſi 87.
creditoris culpę imputari poſſet, quod quãtitatis de-
bitor amiſit pecuniam: quia tunc imputaretur credi-
tori, & liberaretur debitor: de hoc eſt tex. in l. debi-
tor. De negot. geſt. Ad idem eſt bonus tex. qui ſin-
gularis habetur ad hoc, in l. Cum proponas. C.
de naut. fœn. ut patet per Roma. in d. l. Si ex lega-
ti cauſa, & idem Roma. in ſingulari 136. promiſi ca-
ſum fortuitum, ut ſi quis promiſiſſet caſum fortui-
tum, non teneretur ſi caſus fortuitus proueniret ex
culpa aduerſarij, & ad hoc tex. eſt notab. in d. l. Cum
proponas. & in l. officij, in fine de contrahend. em-
ption. & dicit Romanus in prædict. ſing. 136. ſe in
facto Florentiæ habuiſſe, talem caſum, quem dicit
notandum eſſe. Non omitto unum, † ſi quæ- 88.
reretur an moneta reproba facta ex conſtitutio-
ne uel principis decreto, tunc debitor liberetur, uel
tenea-

teneatur ad aliam ſimilem monetam, & ſic peremi pta illa moneta, quia reproba facta eſt, an debeat liberari debitor. Nam pecunia reproba non dicitur moneta. l. Eleganter. §. Qui reprobos. de pigno. actio. Bart. dicit quod licet liberetur, tamen teneatur ad tantam materiam, quæ formam ad ſe traheret. DD. recẽtiores in d. L. Quod te, dicũt obſcure locutum fuiſſe Bart. ſed declarari poteſt Bart. quod quando moneta reproba facta eſt, ſiue in auro, ſiue in argento, iſto caſu debere fieri ſolutionem in alia moneta, æſtimando formam & materiam, licet de
89. iure exiſtimatio formæ non deberet conſiderari. † Non enim propter imaginem Principis, pecunia deberet plus ualere, licet hodie non ſeruent principes. Bar. uero in l. Paulus, de ſolut. uoluit clare, quod licet debitor liberetur ab omni obligatione, quando moneta eſt reproba facta, non tamen debet liberari ab æſtimatione iſtius monetæ. Adducit tex. in c. olim, & c. Canonicis. Ex. de cenſib. quæ iura optime probant, quicquid in contrarium dixerit Imo. in d. l. Paulus & Alex. in d. L. Quod te, qui dicebant, illa iura loqui, quando pecunia non reperiebatur, nec erat in uſu, non autem quando erat reprobata. Nam ad hoc reſpõdetur, quod eadem ratio eſt ſummi Pontificis in d. c. olim, ſiue moneta ſit deperdita, ſiue ſit reproba facta, quoniam iſti caſus æquiparantur. Nam moneta reproba non dicitur moneta. d. §. Qui reprobos.

Quo

Quo ad ſecundam debitorum ſpeciem, an & quando debitores conſtituantur in mora, aduertendum eſt, quomodo hoc uerificari poſsit, ut debitores in genere, cõſtitui poſsint in mora: licet DD. hic non aduertant, hoc neceſſarium eſt, prout Zaſ. quoq; in d.L. Quod te, aduertit. † Nam ſi conſideramus genus generaliſsimum, impoſsibile eſt debitores conſtitui in mora, ex quo nulla in hoc poteſt cadere obligatio. Idem etiam eſt in genere ſubalterno, ueluti promitto tibi animal: neq; enim etiam de hoc habetur in materia noſtra, uti in quod nulla præcedit obligatio, & per conſequens, nec petitio: quia promiſſor animalis, nullo modo tenetur, & eſt nulla obligatio: quia dando tibi muſcam liberarer, ut gloſ. magiſtralis dicit in l. legato generaliter, & ibi DD. de legat. 1. Nam regula firmiſsima eſt in materia noſtra, quod ubi non præcedit petitio, non poſsit mora conſiderari, d.l. ſi pupillus. & d. l. Nulla. cum ſimilib. nec poteſt conſiderari liberatio aliqua, ſi non præcedit obligatio, cum priuatio præſupponat habitum, l. Decem. de uerb. oblig. L. manumiſsiones, de iuſtit. & iure. † Aut enim conſideratur genus, quod licet ſit incertum: tamen limitatos habet fines à natura, ut eſt equus, bos, & ſimilia. Aut eſt genus incertum, habens certos limites ab hominis arte, uel diſtinctione hominis: exempli gratia, nauis, lanx, ſcyphus, & innumera alia. De-

90.

91.

ſtinatione res habent certos fines, ut fundi, agri, uineæ, & huiuſmodi: quia hæc dependent ex deſtinatione patrisfamilias, qui diuidendo fundos, ex uno plures efficere poteſt, maiores et minores, prout ipſi placuerit: in his caſib. quomodo materia noſtra uerificari poſsit quæritur: & dicendum eſt, quod ſi teſtator uel contrahentes ſenſerint de ſpecieb. quas habent in patrimonio, tunc prædictæ res caderent in obligationẽ, & deberentur: & in his caſib. mora debitoris, ac etiam peremptis ſpecieb. liberatio contingere poſſet. Nam ſi omnes res in patrimonio diſponentis perirent, tunc debitor liberaretur, & haberet locum, d.l. Quod te, et d.l. ſi ex legati cauſa, cum alijs: Alias ſi diſponentes nõ haberent eas in patrimonio, legatum ſeu promiſsio nulla eſſet, ut eſt caſus in l. ita ſtipulatus. la grande. de uerb. oblig. In dictis caſibus, ſi nulla eſſet promiſsio, nulla conſiderari poſſet mora, per regulam prædictam, & in dubio teſtatores, ſeu cõtrahentes præſumuntur de ſuis legaſſe, uel diſpoſuiſſe, ut ſi legauero equum, uel hominem, intelligeretur de equis, quos domi haberem in ſtabulo, et ſimilia. Et haberetur ratio ſecũdum d.l. legato generaliter. de legat. 1. Ita etiam ſi legarem lancem uel ſcyphos, intelligeretur legatum factum de his reb. quæ eſſent in ſuppellectili mea, & ita huiuſmodi promiſsiones, licet in genere ſint incertæ, tamen non ſunt incertæ in omnibus ſpeciebus, quę ſunt in poteſtate

diſponen-

diſponentis. Si .n. intelligeretur diſpoſitio, ſeu promiſsio de alijs ſpeciebus, quæ ſunt in toto orbe, ut de omnibus equis, ſeruis, ſcyphis, & ſimilibus, ridiculum foret legatum & diſpoſitio, neq; illæ ſpecies deberentur. Hoc colligitur optimè ex l. In ratione. §. incertæ. Ad l. Falcid. in l. ſi domus, de legat. 1. ubi ſi lego domum in genere, intelligitur relicta una ex illis, quas ego teſtator habebam in patrimonio. Idem dicendum eſt in fundo, quod in domo. Nã domus & fundus, quantum ad hanc materiam, ęquiparãtur, l. Quod in rerum. §. fin. de leg. 1. In iſtis terminis, ut dictum eſt, intelligenda ſunt dicta DD. ut procedat regula illa, l. Incendium, cum ratione generali, quod genus perire non poteſt. † Quid ergo di- 92.
cendum eſt de alijs rebus, quæ in genere cõſiderantur, ut eſt uinum, oleum, frumentum, & ſimilia, quæ functionẽ in ſuo genere recipiunt. Hic ſi dicã, relinquo tibi, uel uendo frumentũ, oleum, & ſimilia, certũ eſt, quod hoc caſu talis ꝓmiſsio non ualeret, nõ adiecto numero, menſura & pondere, ut in d. l. Ita ſtipulatus, & in l. ubi aũt non apparet, cum l. ſequenti. de uerb. oblig. Quare nec in iſtis caſib. poſſet cõſiderari mora, cũ nulla ſit ꝓmiſsio, & per cõſequens, petitio, d. l. ſi pupillus, & d. l. ſi nulla. Nã tum demũ procedit ꝓmiſsio iſtarum ſpecierũ, quando additus eſt numerus, põdus et mẽſura, ueluti tot modios frumenti, tot amphoras uini, tot olei põdera: q̃a hoc caſu, cũ ualeret

 promiſsio,

promiſsio, mora conſiderari poſſet. Verum tamen eſt, quod frumentum, uinum, oleum & ſimilia, licet in ſe perire non poſsint, cum conſiderentur in genere, tamen ſi eſſet quantitas expreſſa ad aliquod indiuiduum, ueluti ex tali horreo, ex tali dolio, tunc peremptis ſpeciebus iſtis, liberaretur debitor, & locum haberet materia noſtra, ſicut quoq; ſup. dictum eſt, de quantitate, quando exprimitur, ut corpus, quia tunc habetur loco ſpeciei, & non loco quantitatis, per d. l. Talis ſcriptura. §. ſi ita. & d. l. Certos. de lega. 1.
93. † Et ultra Zaſium, in d. L. Quod te, genus quoq; conſiderari poteſt, ut locum habeat obligatio, & per conſequens mora conſtitui poſsit, quando aliquid in genere eſſet promiſſum, & ex coniecturis genus certificari poſsit. Nam ſi uenderem tibi frumentum, uel uinum, licet nō dixiſſem tot modios, & tot amphoras, tamen promiſsio ualeret & teneret, ſi ex coniecturis, ut dictum eſt appareret de quo frumento & uino ſenſerint partes, ut eſt caſus iuncta gloſ. ibi, & DD. in l. ſi triticum. de uerb. obligat. ubi dicit I.C. quod ſi partes contraxerint, & frumentum & uinum appoſitum in contractu non eſſet expreſſum, ſi non conſtat ex coniecturis, promiſſionem nullam eſſe: Si uerò ex coniecturis deprehendi poſſet, tunc ualida erit promiſsio. Declarat gloſſ. has coniecturas ibi, quando partes in tractatu prius mentionem habuerint, & ſenſerint de aliquot

modijs

modijs & amphoris uini. Tunc enim perinde eſſet, ac ſi expreſſa eſſet quantitas. Nam ea quæ in præfationibus in contractu dicuntur, habētur pro expreſſis. L. Titia. §. Idem reſpondit, de uerb. obligatio. Et ſic in effectu, duplici modo debitores generis efficaces conſiderari poſſunt, & per conſequens poterit conſiderari materia noſtra: aliàs enim impoſsibile eſt, ut procedant ea, quæ DD. dicunt. hæc uelim uos mente tenere, ut ſine quibus impoſsibile ſit intelligere hāc materiam. Quoad tertium debitorum genus, quando ſunt debitores ſpecierū, in hac † duę 94.
regulæ conſiderari poſſunt, una negatiue, altera affirmatiue. Regula tradatur, ut ante moram debitor non teneatur propter rei interitum, ſed periculum ſpectare debeat ad creditorem, ut in d. l. Quod te, & in d. l. ſi ex legati cauſa, & in l. Cum filius. §. fin. cum pluribus alijs iurib. adductis. Secunda regula ſit, ut poſt moram interitus rei ſpectare debeat ad debitorem, ut in d. l. Quod te, & in iuribus ſupra adductis. Iſtæ duæ regulæ ut recte intelligantur, nonnullis extenſionibus & limitationibus mihi declarandæ eſſe uidentur. Prima itaq; regula † extendenda eſt, ut 95.
uera ſit, etiam ſi debitor fuerit in aliqua culpa, dum modo culpa non prçſtiterit cauſam interitus, ut quia non occidit, d. l. ſi ex legati cauſa, uel alio modo fecerit, ut res interiret: Quia nihilominus debitor liberaretur, tex. eſt ſing. ubi caſus in l. Is qui ex ſtipulatu.

de oblig.& actio.quem tex.pro ſing. habet Alex. in l. Non amplius.§.1.de lega.1.& merito ille tex. habetur ſingularis,quia uideretur contrarium eſſe dicendum,cum debitor ibi manumiſit ſeruum, & per cōſequens,dolo uideretur deſijſſe poſsidere, qui manumiſſus licet mortuus ſit ante moram, tamen etſi uixiſſet,nō potuiſſet pręſtari amplius, cum deſijſſet eſſe in commercio partiū, Ibi uidebatur per debitorem, qui ſeruum manumiſerat, ſtetiſſe quo minus ſeruus pręſtaretur, cuius tamen contrariū textus ibi decidit.

96. Secunda eſt extenſio † ut non ſolum re perempta ante moram debitor liberetur,quando res perijt naturaliter, ueluti per mortem, uel per caſum fortuitum,uerum etiam ſi deſierit eſſe in commercio noſtro, ut ſi ſeruum alienum tenebar tibi tradere, & ipſe à Domino factus eſſet liber ante moram, tunc debitor liberaretur. l. Is qui alienum. de uerb. obligat. & in l. ſi mihi alienum. de ſolut. ubi ratio traditur: quia manumiſsio eſt ſimilis morti, & ſicut re perempta liberaretur debitor, eodem modo ſi res deſierit eſſe in commercio noſtro, l. Inter ſtipulantem.§.Sacram.de uerb.obligat. Tertia ampliatio eſt ut non ſolum procedat regula in promiſsionib. ſpecierum, uerum etiam in factorum promiſsionibus, ueluti ſi promiſiſſem tibi talē ſiſtere in iudicio. Nam ſi Titius moriatur, ego eſſem liberatus ab omni obligatione:tex.eſt notabilis in l.4.cum l.ſequen. Qui

ſatisd.

ſatisd. cog. cuius rei ratio iam ſæpè adducta eſt, quod res reducit ad impoſsibile, ideo perempto ſubiecto, perimitur omne id, quod ab eo dependet. † Prædicta regula recipit plures exceptiões, quę per DD. traduntur in d. l. Si ex legati cauſa, ut ibi latè per Alex. & Iaſ. † Prima eſt exceptio in contractib. nominatis, ſecus in innominatis, qui quatuor ſunt, l. Naturales. §. 1. de pręſcrip. uerbis. Nam ſi in cõtractu innominato aliquis debeat rem certam dare, puta Stichũ ſeruum, uel equum in ſpecie, & hęc ſpecies moriatur ante moram, non liberaretur debitor. Ad hoc tex. eſt notab. in l. fina. in uerb. Et ideò mortuus. de condict. ob cauſam, prout dicit ibi Alex. in ſecundo notab. † Et ſi quæratur, quę ſit cauſa differentiæ, quare perempta ſpecie in contractu innominato debitor non liberetur, ſecus quam in contractibus nominatis, ſciatur rationem à Iaſ. tradi in d. l. ſi ex legati cauſa, in prin. eam ſcilicet, quod in contractib. nominatis obligatio dãdi eſt pręciſa & immutabilis, Nam qui tenetur dare, preciſè dare compellitur, adeò ut ſoluendo intereſſe non liberetur, l. Vbi aũt non apparet. §. fina. de uer. oblig. §. ſic itaq; Inſtit. de actio. extra q; ſi extincta re, quę preciſè in obligat. deducta eſt, uti extincto ſubiecto, & obligationis ſubſtantia, debitor liberetur, q; ſecus eſt in contractib. innominatis, qui ſunt ualde debiles à lege nõ ueſtiti. Nam in illis qui promiſit dare, non tenetur preciſè ad dandũ. Imò q; plus eſt, dare nõ eſt in obligatione, ſed oblig. prima eſt ad

97.
98.
99.

inter-

intereſſe, ut uidere eſt in d. l. Naturalis. §. 1. de præſcript. uerb. ut latè per Bar. in l. ſtipulationes non diuidūtur in 11. oppoſ. de uerbo. obligat. Cum ergo in contract. innominatis ſpecies nō ſint in obligatiōe, ſed dūtaxat intereſſe, ergo ſi extinguatur ſpecies, quę non eſt in obligatione, non ideò debitor liberatur. Iaſ. ab hac ratione differentię recedit, licet dubius ſit, & dicit neceſſario propter d. l. fina. recurrēdum eſſe ad intellectum glos. ibi, quod ibi culpa, ſeu mora pręceſſerit, quem intellectum gloſſæ, ſequitur Iacob. Butriga. ſequuntur Alberic. & Alex. ibi. Sed, ut dicit Iaſon, iſte intellectus ad illum tex. non poteſt eſſe bonus. Primo quia diuinat, ſecundo, quia lex illa eſſet de caſu indubitabili. Vltra Iaſ. confirmo di-
100. ctum intellectum non poſſe procedere. † Nam culpa in dubio non præſumitur, arg. l. Merito. Pro ſocio. Deinde, mora eſt facti, ut I. C. dicit in d. l. Mora. de uſur. facta uerò in dubio non præſumuntur, per regulam, l. In bello. §. factæ de capt. & poſt lim. reuerſ. per notata in l. ſciendum. de uerb. obligat. Secundo ſubuertit hanc rationem, quod in contractibus innominatis perempta ſpecie ante moram, debitor liberatur, adducit tex. in d. l. Naturalis, in §. ſi ſcyphos. de præſcrip. uerb. ubi dicit, ſi conuenit dare tibi ſcyphos, ut des Stichum, quærit I. C. cuius periculo pereat ſeruus, & dicitur periculum meum fore: ad idem eſt tex. in d. l. 3. §. ſed ſi Stichus. de condict. ob cauſ.

ob cauſ.ut ſi conuenit dari ueſtem, ut des Stichum, dedi ueſtem, mortuus eſt Stichus, dicit quod erit liberatus,& tamen non periјt illud, quod erat in obligatione.Et hoc modo erit magna limitatio ad text. in d. L.Quod te, qui dicit, perempta ſpecie, periculum ſpectare debere ad creditorem, & non ad debitorem,& tamen tex.in d.l.Quod te, legitur generaliter, dum dicit: Quod te oportet,&c. Propterea Iaſ. dicit eod. tit. duo eſſe iura, quæ inter ſe plurimum aduerſantur, pro quorum concordia Iaſ.dicebat, de neceſsitate nos debere recurrere ad intellectum,gl. ibi,in uerbo:Poſſum,quem ſequuntur Iacob.Butriga.Alber.Caſtr.Alex.& alij, ut ille text. ita exaudiatur,quod ibi præceſſerat mora& culpa promiſſoris: Sed tamen Iaſon recedit ab hoc intellectu duplici ratione.Primò, quia iſte intellectus eſt diuinatiuus, contra id quod not.arg.illius tex.in l.ſi putator. Ad l. Aquili. Secundo quia eſſet lex de caſu indubitabili contra l.Quod Labeo.Ad Carbon,& in l.1.in fin. ad municipal. † Quantum ad intellectum d.l.fin, 101.
et ad prædictam limitationem attinet aduertendum eſt, quod dictæ legis Naturalis. §. ſi ſcyphos, qui è diametro aduerſari uidetur,d.l.fin.licet plures ſolutiones & reconciliationes dentur à gloſſatoribus in d.§.ſi ſcyphos, & in d.l.fin. uerìſsimus inter omnes intellectus eſt,prout quoque gloſ.dicit, licet non perſiſtat,quod quatenus dicitur in d.§. ſi ſcyphos. quod

H liberetur

liberetur accipiens re perempta, debet intelligi quo ad obligationem ſpeciei, non autem quo ad reſtitutionem eius, quod acceperit, quia tenetur reſtituere id, quod accepit, ut expreſsè dicitur in d.l. fin. nec nouum eſt, ut lex generaliter loquens debeat declarari & diſtingui per aliam legem, l. Non eſt nouum.
102. de legib. cum ſimilib. † Et hoc modo intelligendo illam legẽ, nulla erit limitatio, cum teneatur reſtituere id quod accepit. Nam regula loquitur de omni omnino periculo, ut nihil poſsit petere creditor, quando ſpecies perit ante moram debitoris. Vnum tamen non omitto, quod & gl. notauit in d. §. ſi ſcyphos, quod licet in contractib. nominatis, ſi emptor dat pecuniam, & res empta pereat, emptor nõ poteſt repetere pretium, et uẽditor poteſt cõpellere emptorem ad ſoluendum totum uel ad partem pretij, ut eſt tex. ubi caſus in §. Cum aũt. in Inſt. de empt. & uend. tñ ſecus erit in contractib. innominatis, per d. l. fin. de cond. ob cau. Differentiæ rationẽ Iaſ. in d. l. fin. in 4. notab. tradit. Nã in contractu emptiõis et uenditionis, actus eſt perfectus, nihil deſiderãs ulterius, nata ſcilicet obligatione imẽdiatè, quod ſecus eſt in contractib. innominatis, qui robur recipiunt, & obligationem pariunt, ſi ſequatur implementum, ex parte unius, iuxta tex. in l. 1. de rerũ permut. Secunda eſt limi-
103. tatio ad prædictã regulam † debitorẽ non teneri re perempta fauore libertatis in caſu ualde notabili, in

l. Cum

l. Cum quidam. C. de conditio. inſer. ubi ſi relicta e-
rat libertas ſub conditione mixta, ſi alium ſeruum
hæredi dederit, qui mortuus ſit caſu fortuito ſine
mora, deberet in totum priuari legato: Tamen fa-
uore libertatis ſpeciale eſt, ut ualeat legatum.

¶ Tertio poni poteſt exceptio neceſſaria, † li- 104.
cet ſpecie perempta debitor liberetur, ut ſupra di-
ctum eſt, ſi non eſt conſtitutus in mora, limitatur
tamen ſi culpa uel dolus interuenerit, ut ſpecies pe-
reat, etiam quod nulla interuenerit interpellatio,
ueluti ſi ſeruum debitum occidiſſet, ut in d. l. ſi ex
legati cauſa, uel ſimilis aliqua culpa interuenerit,
ut patet in d. l. naturalis. §. ſi ſcyphos, in d. l. Qui alie-
num ſeruū. de ſolut. in d. l. is qui ex ſtipulatu. cū plu-
rib. alijs. Quarta † ſit extenſio ſecundum nonnul- 105.
los in addit. ad Iaſon. in d. l. ſi ex legati cauſa, uide-
licet quando quis emiſſet rem infra dimidium iu-
ſti pretij: quia tunc obligatus eſt uel ad ſupple-
mentum iuſti pretij, uel ut oblato pretio uenditio
reſcindatur, iuxta remedium. L. 2. C. de reſcinden.
uenditio. Nam tunc ſi res empta periret, tu tamen te-
neberis ad ſupplementum iuſti pretij, ita dicebat
Panorm. in c. Cum dilecti. Ext. de empt. & uendit.
cuius dictum pro ſingulari refert Franciſ. Cremens.
in ſingul. ſuo. nu. 84. uolo te docere unum. Iſta
exceptio in ſe quidem uera eſt, non tamen conuenit
in hac materia, quia ut proxime dictum eſt, regula

generalis eſt in contractu emptionis, etiam re perempta emptorem teneri ad ſolutionem pretij, ut in d.§.Cum autem.

106. Secunda regula eſt, † ut debitor ſpeciei poſt moram teneatur ad omne periculum, & rei interitum, ut in d.l.Quod te, & pluribus iuribus adductis per gloſ.in d.L. Quod te, in uerbo: Detrimentum uidetur in l.Mulier.§.ſed eorum. Ad Trebell. in l. ſi quis.§. final. de collat. bono. in l.ſi in alia, in fi. Depoſiti.l.De eo.§.ſi poſt. Ad exhibendum. Vltra iura adducta per gloſ. eſt tex. in l.Nemo.§.1.& in l.Cum filius.§.fin.de uerb. oblig.& in d.l. ſi ex legati cauſa. & in d.l. Qui alienum ſeruum. de ſolut. & in l. Si Stichum. de nouat. & in pluribus alijs iuribus. Iſta

107. regula † recipit, ut ſuperior etiam alia regula, extenſiones & limitationes plures. Prima extenſio ſit, ut

108. procedat † etiam ſi ſpecies pereat infra tempus purgandi moram, quia non liberaretur debitor, d.l.ſancimus.§.final.ubi Bart. not. ſingu. illum textum ad hoc.C.de fideiuſ. & nominat. & eundem text. pro ſingulari habuit Bal. in c. Capitulum ſanctæ crucis. Ext.de reſcript. Idem notat Bar. per illum text. in d.l. ſi in inſulam. de uerb. oblig. Secunda extenſio ſit,

109. ut † regula prædicta procedat in quacunque ſpecie moræ, ſiue ſit mora regularis ſiue irregularis, prout ſupra d. eſt in ſecunda parte. Nam mora irregularis eſt in caſu, d.l. in minorum, C. In quibus cauſ. reſtitutio.

tutio non eſt neceſſaria, uidelicet quando re ipſa contrahitur mora abſq; ulla interpellatione. Tertia extenſio ſit, quæ notab. & difficilis eſt, † ut regula prædicta adeò procedat, ut re perempta debitor conſtitutus in mora teneatur, etiam ſi prædicta ſpecies peritura eſſet penes creditorem. Ita uolebat Ioannes relatus per Accurſ. in d. glos. in uerbo: Detrimentum, cuius ſententiam Accur. ſequitur, pro qua plura iura adducuntur, ab ipſo Accurſio in d. L. Quod te. Contrarium uoluit Mart. antiquus gloſſator, ſcilicet faciendam eſſe differentiam, an res eſſet peritura, uel non. Pro qua ſententia adducebat iura, quæ ualde urgent. Bartolus in hac controuerſia inter gloſſatores conabatur ſub quadam diſtinctione reconciliare eos, et tres caſus ponebat, ut in d. L. Quod te, apud ipſum uidere licet: ſed tamen procliuior erat in ſententiam Iohannis: hoc idem in pluribus alijs locis uoluit. Opinionem Iohan. DD. communiter ſequuntur, ut regula prædicta indiſtinctè procedat, ſiue ſit peritura ſpecies penes eum, cui debebatur ſiue non; Ita Bal. et Ang. aſſerunt hanc eſſe communem ſententiam, & eandem ſequitur ibi Salyc. in ſua repetit. col. 11. Hoc idem uoluerunt Roman. Caſtr. Ang. Imo. & Alex. in d. l. Nemo. §. 1. idem quoq; aſſerit Iaſon qui omnes ſententiam Martini antiqui gloſſatoris non ſunt ſecuti, quę tamen hodie plures habet DD. pro ſe, prçſertim recentiores oẽs: 110.

eandem ſententiam ſecuti ſunt Rapha.Cuma. Fulg. Iaſ.in d.L.Quod te,et pręceptor meus Sozi.Aret.& plures alij maximę autorit. uiri, qui fatentur oēs ueriorem eſſe ſentētiam Martini & ęquiorē.Propterea in hoc difficillimo articulo diſcutiēda erunt argum.
III. utriuſq; partis, ut ueritas magis eluceſcat. † Et primò adferam argumenta & iura,quę adducuntur pro ſententia Ioan.et communi.Inprimis igitur adducit̃ tex. in l.Cum filiusfamilias.§.fin.de uerb.obliga.qui tex. non probat,niſi in generalitate ſua. Secundo adducit̃ tex.in l.1.§.Rectiſsime. de ui & ui armata,qui tex. magis in ſpecie hoc probare uidetur, ubi deijciēs pecora, punitur ad pœnam omniū pecorum, quę mortua ſunt poſt deiectionem, nec ibi diſtinguitur, an eſſent ita peritura penes dominum,uel deijcientem. Sed ad hanc l. reſpondetur ꝑ eos,qui tenent ſententiam Martini,ꝙ licet illa lex non diſtinguat,ſicut nec alię leges,tamē diſtingui debent per l.ſi plures.§.fin. depoſiti,ubi lex expreſſe diſtinguit ſecundū Martini ſententiam. Leges aūt generaliter loquentes declarari & diſtingui ꝑ alias leges,nō eſt nouum L. Non eſt nouum de legib. faciunt opt.not.ꝑ gloſ.in l.ſciendum,Qui ſatisd. cogan. Secundo quoq; reſponderi poteſt ad hunc tex.ut ille loquatur in delicto, de quo Prętor ibi loquitur, nimirum ſi attenditur,ubicunq; pecora fuiſſent mortua,ut deijciēs puniatur et teneatur,ſecus in caſu noſtro in eo,qui committit moram: quia

quia non proprie delinquit, ſed fruſtrator dicitur. Et uera eſt iſta reſponſio à DD. recepta, quicqd in contrarium dixerit hic Ripari⁹. Tertio pro hac ſententia adducitur tex. in l. Merito. eod. tit. de ui & ui arma. ſed ad illum tex. reſpondetur, pro ut ſupra reſponſum eſt in ſecunda reſponſione ad d. §. Rectiſsimè. Quarto pro hac ſententia adducitur tex. in l. Cum res. §. 1. de lega. 1. ubi dicitur, poſt moram teneri ad æſtimationem fundi, qui chaſmate perit, & ſic qui periturus eſſet penes legatariũ: Sed ex ratione, quam I. C ponit ibi, quia potuiſſet uendere, ſequitur declaratio ad illum tex. ſecundum Riparium in d. L. Quod te, ut ſi fundus fuiſſet prohibitus uendi, hęres non teneretur ad fundi ęſtimationem, cum omnino prohibitus à teſtatore nõ potuiſſet uendere, nec habenda eſſet ratio. Ad hunc tex. reſponderi poteſt, prout ſupra d. eſt, uel ꝙ ibi incertum erat de illo caſu repẽtino, quod fundus periret chaſmate, ſecus quando ſit certũ, ut infra dicam in diſtinctione. Quintò adducit̃ tex. † in l. ſi filio. §. ſi poſt diuortiũ, ſolu. matri. ubi detrimentum omnino ſpectat ad maritum q̃ 112.
in mora eſt; & illud uerbum, Omnino, nihil aliud ſignificat, ꝙ indiſtinctè. l. Tenetur. in uerb. Omnino, & ibi gloſſa, quod met. cauſa. Iaſ. ad illum tex. reſpõdebat hoc ſpeciale eſſe fauore dotis, arg. l. 1. cum ibi not. ſolu. matrim. cui⁹ reſponſio ab omnibus recẽtioribus damnatur; quia, prout etiam infra dicam, dicere,

dicere, ſpeciale eſſe, refugium eſt miſerorum, nec debemus conſiderare priuilegia, niſi à lege reperiatur cauſa priuilegiata in illo caſu. Item ſolutio illa ſubuertitur per tex. in l. ſi is qui, de iur. dot. ubi dicitur, ſeruum periiſſe mulieris periculo, ſi eodem modo eſſet periturus penes eam: item tex. ibi nõ habet ſenſum in illo uerbo: Omnino, ut intelligatur tex. ſiue res fuiſſent perituræ, ſiue non, ſed alium ſenſum habuit l. C. Omnino. id eſt, cum omni damno, fructibus et intereſſe tenebitur maritus. Item poteſt etiam intelligi aliĳs reſpectibus, prout dicebat Buticella. in d. L. Quod te. Sexto pro hac ſententia adducitur tex. in l. Qui decem. de ſolut. inducendo eum, ut Fulgoſ. in d. L. Quod te, ubi tex. dicit, rem debitã indiſtinctè perire periculo creditoris; ergo eodem modo debet perire periculo debitoris. Moderni dicunt conſequentiam nõ tenere propter regulam, l. fauorabiliores. de reg. iur. in l. Arrianus. de obligat. & action. Reſpondet Riparius diuerſam eſſe rationem inter debitorem & creditorem: quia ad creditorem ſpectat periculum rei ante moram, poſt moram uerò ad debitorem. Tertio loco, et clarius reſponderi poteſt, ꝙ lex non dicit indiſtinctè, ut ipſi pręſupponũt: propterea nõ probat. Plura adducuntur pro hac ſententia Iohan. & communi, uerum prędicta præcipua ſunt. Vltimò loco Bart. in d. L. Quod te, mouebatur ratione pro hac ſententia: q̃a fur indiſtinctè tenetur,

ſiue

ſiue res pereat penes illum, ſiue penes quemcunq;:
Sed † fur & qui in mora eſt, æquiparantur, d.l.in= 113.
ter ſtipulantem.§.penult.de uerb.obligat. ergo eo=
dem modo qui in mora eſt, debet teneri, ſiue res eſ=
ſet peritura penes creditorem ſiue non. A DD.
communiter damnatur iſtud argumentum Bartoli,
quia negant furem, & eum qui in mora eſt æquipa=
rari; Solum enim æquiparantur in illo caſu, quo ad
rei interitum; Præceptor meus in d.L.Quod te, de=
fendit rationem Bartoli. Nam licet uerum ſit in alijs
caſibus non æquiparari furē & eum qui in mora eſt:
tamen ſufficit quo ad illum caſum interitus perſo=
nas eſſe æquiparatas, & per conſequens, in omnib.
caſibus; quoniam ad illum caſum æquiparatio pro=
cedit. Defendendo DD. communiter reſponderi
poteſt, quod licet ſint æquiparatæ dictæ perſonæ in
d.l.Inter ſtipulantem.§.pen. circa periculum interi=
tus poſt moram, tamen facienda eſt differentia, pro=
ut Marti.dicit, ex quo per leges ita diſtinguentes ha=
bemus in eo, qui eſt in mora, per d.l.ſi plures.§. fin.
ubi ponitur prædicta diſtinctio Martini. Item etiam
reſponderi poteſt, quod nō debet ualere argumen=
tum de maiori ad minus affirmatiue, ſed negatiue,
per not.in c.Cum in cunctis.de elect. in 6. uel etiam
dici poteſt, q; fures & raptores indiſtincte tenen=
tur; quia delinquunt. Is qui in mora eſt, dicitur fru=
ſtrator, ſed deliquens & fur plus quam fruſtratores

I dicuntur,

dicuntur,ut in d.l.merito,de ui & ui armata: propterea ſequitur,quod fur magis puniendus ſit, ut indiſtincte teneatur, nulla habita ratione, an res eſſet peritura penes dominum, quod ſecus eſt, in eo qui eſt in mora. Certum eſt enim, prout etiam infra dicam, magis puniri furem à lege, q̃ eum qui moram cōmiſit, nō ob aliam rationē, quā ꝙ plus delinquat.

114. † Poſteaquam recitauimus argumenta pro ſententia Ioan. & pro communi, uidenda erunt argumenta,quæ pro ſententia Martini adducuntur, quæ magis urgent,quam argumenta Ioannis.

115. † Inprimis adducitur text. ubi eſt caſus Legis pro ſententia Martini in d.l.ſi plures.§.fin.depoſiti, ubi expreſsè dicitur, depoſitarium non teneri re perempta, ſi talis res peritura fuiſſet penes dominum deponentem. Et mouetur ibi I. C. ex quadam æquitate,hoc eſſe dicendum, ut ibi expreſsè apparet, & infra dicam. Ad hunc tex.DD.omnes, qui communē tenent ſententiā, conātur reſpondere pluribꝰ modis,quia urget.Prima reſponſio fuit glo.in d.L. Quod te. Nam Ioannes reſpondit defendēdo ſuam ſententiam, quod ille text.procedebat ſpecialiter in depoſito,& licet gloſ. noſtra ſequatur hanc ſolutionem,tamen DD.ipſi,qui tenent ſententiam comunem,fatentur nō eſſe bonam, quia refugium eſt miſerorum, dicere, hoc eſt ſpeciale, eo quia nulla ratio ſpecialitatis conſiderari poteſt, cur mora in depoſitario

tario grauior ſit, quam in alijs perſonis. Nam depo-ſitarius eo quod moram committit, nõ ita delinquit ſicut fur, prout diximus, propterea Accurſius ipſe-met conabatur alio modo reſpondere in d.l. ſi plu-res. §. final. quod ideo ibi ſit, quod à lege fiat prædi-cta diſtinctio, quia depoſitarius habebat iuſtam cau-ſam litigandi, ideo non debet teneri, ſi nõ fuiſſet eo-dẽ modo res peritura penes deponentẽ. Iſta reſpon-ſio licet uideat̃ prima facie ꝓbabilis, in qua DD. ma-gis ſe fundant, tñ non poteſt procedere. Inprimis eſt diuinatiua, quia non conſtat in illo caſu, an actor uel reus haberent iuſtã cauſam, cum tex. ibi dicat, anteꝗ̃ eſſet iudicatum, homo perijt natura. Itẽ confunditur iſta ſolutio per eundem tex. Nam ſi depoſitarius ha-buiſſet iuſtam cauſam litigandi, nullo caſu debuiſſet teneri, nec opus erat diſtinctione aliqua, an res eſſet peritura, uel non; quia non diceretur in mo-ra eſſe ille, qui habebat iuſtam cauſam non ſoluen-di, cum ut dictum eſt, mora præſupponat obligatio-nem. Quidam defendentes cõmunem ſententiam dicebant ſubaudiendam eſſe, maxime, ibi, utiꝗ ſi res &c. Iſtud inprimis eſt diuinare, nec in Pandectis Flo-rentinis reperitur, nec in noſtris codicibus; Viola-re eſſet quodammodo text. illum, nec uidetur pro-cedere ratio per l. tradita ibi, dum conſiderat æqui-tatem. Alio quoꝗ modo reſpondebat Guiliel. de Cun. qui defendebat ſententiam Ioannis quod illa

procedat in contractibus celebratis gratia debitoris uel utriuſq;, & non in contractibus celebratis crediſtoris duntaxat gratia, prout fit in depoſito. Iſta ſolutio communiter à DD. damnatur. Nam ea in ſpecta idem dicendum foret in legatis, quæ fiunt legatariorum gratia, cum legatum ſit donatio quædam, & tamen in eis non fit diſtinctio talis, ut patet in d. l. Cum res. §. final. Secundo damnatur iſta ſolutio Guil. quia contractus depoſiti æquiparatur contractui ſtipulationis: Sed in ſtipulatione non fit diſtinctio: Ergo neq; in depoſito. Quinta fuit ſolutio Soci. ut Ioannis ſententia procedat de rigore iuris, opinio uerò Martini de æquitate, per text. in d. l. ſi plures. §. final. Sed ut aduertit quoq; Rip. in d. L. Quod te, iſta ſolutio uidetur magis ponere diſtinctionem quandam, quam reſolutionem dubij. Et quod Martini ſententia ſit præferenda, apparet, quia æquitas ſemper præfertur rigori. l. Placuit. C. de iudicijs, cum ſimilibus. Et ex his apparet, ſententiam Martini firmam eſſe, quod nulla hactenus detur bona ſolutio ad d. l. ſi plures. §. fina. Secundo pro Martini ſententia facit text. in L. ſi cum exceptione. §. Quod ſi homo. Quod met. cauſa, ubi inferens metum, excuſatur ad æſtimationem rei ſubtractæ, quæ eodem modo erat peritura penes uerum poſſeſſorem. Soz. poſt gloſ. reſpõdebat, quod id ibi ſpeciale eſſet: quia pœna tripli tenetur, ideo cum grauetur in uno, in

alio

alio debet reuelari.arg.L.Eum qui. de iureiurando. Iaſ.in d.L. Quod te, reſpondet, quod iſta ſolutio confunditur, quia fur tenetur quadrupli, & tamen indiſtinctè tenetur de rei interitu. d. l. ſubtracto. C. de furt.Et profecto text.in d.§. Quod ſi homo, probat hoc interuenire ex delicto:quia ibi fit in inferente metum,cum æquiparationem faciat tex. de interdicto quod ui aut clàm: & ita Fulgoſ.Aret. Dec.tenent in debitore ex delicto, nõ habendam eſſe eam reſponſionem Martini.Tertio pro Martini ſententia adducitur tex.in l.Item ſi uerberatum.§.fin.de rei uendicat,ubi probatur,ut ita demum debitor re perempta teneať, ſi ille qui recepiſſet, diſtracturus fuiſſet; quia tunc lucrum feciſſet.Gloſſa hic reſpondet, quod ille text. loquatur in actionib.realibus, iuxta materiam illius tituli; at dicta L.Quod te, loquitur in perſonalibus actionibus, dum dicit,quod dare oporteat,&c. Iſta reſponſio à pluribus reijcitur, cum non ſit differentię ratio inter actiones reales,& perſonales: imo tunc reale potentius eſt, quam perſonale,gloſ.in L.fin.C.ſi contra ius uel utilitatem publicam.Et ideò actiones reales digniores ſunt perſonalibus,ut not.DD. in rub.De reb.cred. Item in realibus mora eſt odioſior, quam in perſonalibus, l.uideamus.§. ſi actionem. de uſur. Plura ſunt quæ adducuntur pro ſententia Martini,ſed pręcipua ſunt ea, quæ nos hic poſuimus. Et ex iſtis apparet, uerio-

rem eſſe ſententiam Martini quam Ioannis, & ſe- quacium, & omnes fatentur æquiorem eſſe ſenten- tiam Martini, licet Ioan. plures habeat auctoritates, quod ſolet interdum contingere, ut dici ſolet, Si a- uis uolat, plures uolant, & de ſimilibus. Nō propter auctoritates debemus recedere à ueritate, quia licet plerunq; uerum ſit, ut ubi ſit communis ſententia, ueritas magis præſumatur: tamen in pluribus caſib. uidemus expreſſos eſſe errores in cōmunibus ſen- tentijs: propterea in hac controuerſia mihi magis placet ſententia Martini, quàm Ioan. & communis: quia ꝓ ſententia Martini eſt caſus legis, & ubi caſus eſt legis, nō eſſet diſputandum. L. ancillæ. & ibi Bal. C. de furt. in d. l. ſi plures. §. final. ad quem text. DD. conantur reſpondere, ſed omnes reſponſiones cor- ruunt. Item pro ſententia Martini eſt æquitas, prout expreſsè dicit I.C. in L. ſi plures. §. fin. ibi ęquum eſt, quæ æquitas nō tantum debet habere locum in cau- ſa depoſiti, de qua loquitur text. uerum etiam in om- ni alia cauſa, ubi eſt eadem ratio æquitatis. Nam per identitatem rationis & æquitatis, lex facit extenſio- nem ad omnes caſus, ut eſt tex. in L. fin. C. ad L. Fal- cid. ibi, quia eadem æquitatis ratio militat. Naturalis enim æquitas dictat, ut is qui in mora eſt non debe- at teneri re perempta, ſi res peritura quoq; fuiſſet penes eum, cui data fuiſſet. Nam ſi res erat peritura penes creditorem, creditor non poteſt prætendere

aliquod

aliquod intereſſe, propter quod teneretur debitor; quia intererat creditoris rem ſuam habere. Prædi-ctam opinionem Martini & Ioannis † DD. re- 116.
conciliantes, ut per Paul. Caſtr. in ſæpè d. l. ſi plures. §. fin. & in d. l. Cum res. §. 1. dicebant, quod aut ſu-mus in caſu certo, quod res eſſet peritura, tam penes debitorem, quàm penes creditorem, & tunc locum habeat ſententia Martini. Si uerò non conſtat, & tunc procedat ſententia Ioannis. Hanc ſententiam & concordiam tenuerunt in d. L. Quod te, Aret. Præceptor meus, & ferè omnes nouiſsimi: Hanc concordiam ante eos ſenſit Bal. in d. l. Nemo. §. 1. Iſta diſtinctio in ſe uera eſt, ſed requirit declarationē: non. n. declarāt, quo modo dicatur eſſe caſus certus, uel incertus: † Propterea pro declaranda iſta diſtin- 117.
ctione, dicerē diſtinguendū eſſe, aut res peritura eſt penes utramq; partem ratione naturali, ueluti mor-te ſerui, uel ſimili: aut res peritura eſt fortuito caſu, ueluti chaſmate, uel incendio. Primo caſu procedat ſententia Martini, & hoc probatur, ſi quis aduertat ad tex. in d. l. ſi plures. §. fin. ubi I.C. bis & ter conſi-derat naturalem interitum rei, non ob aliam ratio-nem, quam quod talis caſus magis conſiderari & probari poſsit. In ſecundo uerò caſu, ſi res peritura fuiſſet caſu fortuito, ut in prædictis exemplis, chaſ-mate, incendio, & alijs ſimilibus caſibus fortuitis, debet haberi ratio temporis; quia non poterat con-

ſiderar

ſiderari, quod illa res peritura eſſet caſu fortuito, & ſi res perijt poſt modicum interuallum temporis, penes debitorem in mora, apparet quod peritura fuiſſet etiam penes creditorem, quando ratione naturali hoc cõtingeret, ſecus uero ſi poſt longum tempus res perierit penes debitorem: quia tunc habenda eſt ratio, quod ſi reſtituta fuiſſet res creditori, intra illud tempus potuiſſet creditor ante caſum contingentem uendere, & pretium conſecutus fuiſſet, quod non potuiſſet ſi intra modicum tempus res perijſſet. Hunc caſum conſiderant I.C. licet DD. non aduertant, ut patet in d. l. Item ſi uerberatum. §. fin. et d. l. Cum res. §. fin. de legat. 1. Poſſet etiã conſiderari, ut res peritura eſſet, ſi iudicio medicorum conſtaret, quod ſeruus debitus omnino moriturus fuiſſet: ſtandum enim eſt peritis, arg. l. ſeptimo menſe, cum alijs. de ſtat. hom. Quarta eſt exceptio,
118. ut regula prædicta non procedat, † quotieſcunq; difficultas rei tradendæ contigiſſet: tunc enim debitor ſpeciei excuſaretur ab omni mora. Ita gloſ. in d. L. Quod te, in uerbo: In poteſtate, in ultima ſolutione tradita ad l. Continuus. §. Cum ita. de uerb. oblig. Et licet de his aliquid dictum fuerit in notabilibus, ac etiã in ea parte, dum referebantur ea, quæ eſſent neceſſaria ad moram committendam: tamen hic ſuo loco latius tractanda eſt hæc materia, & inprimis uidendum eſt, quid ſit difficultas in materia noſtra.

noſtra. † Difficultas dicitur impedimentum quod- 119.
dam, & non iuris uel naturæ, ut patet in d. l. Conti-
nuus. §. illud, & ibi Bart. declarat. Nam ea quæ ſunt
iuris uel naturæ, dicuntur non difficillima, ſed im-
poſsibilia. d. l. Continuus. §. Cum quis, & d. l. Inter
ſtipulantem. §. ſacram: & ita docet Bart. in prædictis
locis. Difficultas ergo quæ reſpicit perſonæ impedi-
mentum, excuſat debitores à mora, ad hoc ſemper
ſolet adduci tex. in l. ſi uehenda. §. Idem iuris. Ad
leg. Rhod. de iactu. Et ſi diceretur hoc ibi non pro-
bari, quia ibi dicitur debitorem excuſari à pœnæ pro-
miſsione, non autem à mora, reſpondetur optime
probari. Nam cum pœna ibi ex mora committen-
da foret, neceſſarium conſequens eſt, ut excuſet à
mora. Nam qui uult unum cõſequens, uidetur con-
cedere antecedens neceſſarium ad illud cõſequens,
l. 2. cum aliјs. de iurisdict. omn. iud. † Secundo 120.
ꝓ hac regula ſolet ſemꝑ adduci tex. in d. L. Quòd te,
ut apparet in ſecunda parte, dum I. C. dicit, morã ita
committi, ſi debitor habeat poteſtatem rei ſoluen-
dæ, & per conſequens difficultas excuſat debitorẽ. † 121.
Et adeò hoc uerum eſt, quod difficultas nos excu-
ſet à mora, ut hoc procedat, etiamſi acceſſerit iura-
mentum. c. ſignificante. Extra de pig. c. breui. de
iureiurando. Accedit notab. gloſ. in c. Beatus Pau-
lus. 22. q. 2. ubi dicit, † In omni uoto omniq; iu- 122.
ramento, ſubintelliguntur tacitæ conditiones, uide-

ſicet, ſi potero, ſi Deus uoluerit, ſi principi placuerit:
Facit ad hoc optimus tex. & ibi gloſ. & DD. omnes
notant in l. fina. Quí ſatisd. cog. ubi in iuramento
excipitur ſemper iuſta cauſa. Hinc dicebat Panorm.
in c. 1. de obſeruat. ieiun. propter difficultatem
ſtudioſos excuſari à ieiunio. ſimiliter dicebat Imo.
in c. iij. Ex. de celebrat. miſs. Clericos non dicen-
tes officium propter difficultatem, excuſari: & ita
in ſimilibus terminis conſuluit Alex. in conſ. 92.
proſpectis, col. fin. libr. 1. & in conſ. 124. libr. 2.
Plura congerunt in d. L. Quod te recentiores Ti-
cinenſ. in gloſ. in uerbo: Poteſtate. quod uero di-
ctum eſt, propter difficultatem nos excuſari debere,
123. † declara hoc procedere, ſi talis fuerit difficultas,
quæ remoueri non poſsit uel euitari: alias ſecus,
ut ſingulariter dicebat Bart. in l. Qui commeatus,
per illum tex. de re milita. in l. Quibus diebus, in
princ. & ibi Bart. de condit. & demonſtrat. Non
procederent quoque prædicta in eo, qui promitte-
ret aliquem ſiſti in iudicio: Ita Alex. in d. L. Quod
te, per text. in d. l. ſancimus. Item etiam quod di-
ctum eſt difficultatem excuſare nos, intelligi debet
ſi tanta fuerit difficultas, quæ fortuitis caſibus æqui-
paretur, l. Quoties. §. In poteſtate. de noxal. Item
etiam difficultas operatur circa hunc effectum, ſi ſu-
peruenerit poſt contractam obligationem, ſecus
uerò ſi ab initio fuiſſet, & erat debitori nota, ſecun-
dum

dum Caſtren. in d. L. Quod te, qui hac ratione mo‑
uetur, ne aliquis decipiatur, arg. l. pen. §. Magiſtrum.
de exercitoria, & in l. ſed ſi pupillus. §. ſed ſi ipſe. de
inſtit. optimus eſt text. in l. pen. de iur. dot. ibi, cum
ſocer ſciret ſe non poſſe præſtare dotem genero, id
egerit ut genero inſidiaretur: Si autem difficultas
eſſet nota omnibus partibus, tam ſtipulatori quam
promiſſori, tunc procederet excuſatio: quia ſciens nõ
dicitur decipi, ſed ſemetipſum decipit, l. 1. §. fin. & l.
Quęritur, de Aedilit. edicto: & hæc procedũt in dif‑
ficultate, quę circa ſpeciem uerſatur. † Si uerò cõſide‑ 124.
retur difficultas in quantitate, Bart. in d. L. Quod te,
per plura dicit difficultatẽm non excuſare debitorẽ in
mora: De qua queſtiõe inf. diſputabĩ, quia maxima
eſt controuerſia inter DD. an debitor quantitatis
excuſari debeat propter difficultatem. † Quid autem 125.
in debitore quãtitatis, an difficultas excuſet debitorẽ
in mora: Bar. hoc tangit in d. L. Quod te, & cõcludit
difficultatem excuſare debitorem ſpeciei, nõ tamen
quantitatis debitorem: mouetur Bartolus nonnul‑
lis fundamentis. Primo mouetur, per text. in d. l.
Cõtinuus. §. Illud. De uerb. obligat. ubi tex. dicit, dif‑
ficultatẽ in pecunia, non impedire ortũ obligationis.
Ad hũc tex. aduerſarij tenẽtes oppoſitũ, reſpondent,
ꝙ iſte tex. non ꝓbet intentionem Bar. Nam licet ibi
dicaĩ, difficultatẽ, ut dictũ eſt, non impedire ortum et
natiuitatem obligationis, non tamen dicit excuſare

 debito‑

debitorem à mora. Defendendo Bart. reſponderi poteſt, quod licet ibi hoc expreſſe nõ dicatur, tamen in quandam conſequentiam hoc dicit, ſi nata eſt obligatio, et per conſequens petitio, ſequitur quod mora ſit cognita. Nam ubi non eſt petitio, ibi nulla mora. d. l. Nulla. De reg. iur. & d. l. ſi pupillus. Sed ubi nata eſt petitio, datur mora: ergo ſequitur, quod difficultas debeat excuſare debitorem à mora. Se-
126. cundò mouetur Bar. † Nam ſi caſus fortuitus non liberat debitorem à quantitate, d. l. Incendium. C. Si cert. peta. ergo nec à mora. Secundum iſtud fundamentum fragile eſt, ut DD. dicunt. in d. L. Quod te, non enim urget iſtud, & à remotis ſequitur. Nam licet caſus non excuſet debitorem, hoc procedit quo ad omne debitum: quia incendium, ut dicitur in d. l. Incendium, loquitur quo ad liberationem, non autem quo ad moram: quia difficultas magis excuſat debitorem à mora, quàm à liberatione debiti. Dicerem tamen caſum fortuitũ, miſerationis cauſam inducere, ut apud principem facilius ſoluendi dilatio, ſeu moratoria, à lege ſic dicta impetretur. Tertio mouetur per tex. in l. 1. C. Qui bon. ced. poſs. ubi ſi quis non poſſet ſoluere, in carcerem detruditur: ergo non excuſatur à mora, ſine qua debitor incarcerari non poteſt, l. 3. §. Tutores. in uerbo: Pertinaciter. de ſuſpect. tutor. Salyc. ad hoc arg. reſpondebat, quod non procederet: quia incarceratio non fit

pro-

propter moram, ſed propter ſententię executionem, contra eum qui non uult ſoluere, nec uti beneficio ceſsionis bonorum: alioquin ſi propter moram deberet debitor incarcerari, deberet illicò, quod tamen non fit abſq; decreto iudicis. † Contrariam ſententiam plures tenent, ut difficultas excuſet debitorem quantitatis, ut Salycetus, Raphae. Cum. Roma. Aret. in d. L. Quod te, qui dicit, communem eſſe ſententiam contra Bar. quod forſan procedebat tempore Aret. Sed ſententia Bar. magis communis eſt, prout Iaſ. in d. L. Quod te, aſſerit, poſt Alex. & hanc ſententiam tenent omnes recentiores, ut Taurinenſes & Ticinen. qui dicunt communem eſſe ſententiam Bartoli. † Videndum ergo erit utrum argumenta aduerſariorum probent eorum intentionem. Primum arg. eſt, quod non poteſt dari ratio diuerſitatis, inter debitorem ſpeciei, & quantitatis: Ideò iuribus uulgaribus eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. Soz. qui defendit ſententiam Bartol. dicebat poſſe conſtitui differentiam. Nam facilius eſt dare, quam facere. l. Eo opere. §. fin. de oper. liberto. & Ripa. in d. L. Quod te, dicit, iſtam rationem hic militare, data potentia in utraq; parte, & data difficultate, non uidetur q; unum poſsit facilius explicari, quàm aliud. Iaſ. in d. L. Quod te, aliam rationem tradebat, quia debitor quantitatis habet latiores habenas, quam ſpeciei debitor, ut per Bar. in l. Ex empto. de action.

127.

128.

empt. Tenendo ſententiam Bar. clarius reſpondeatur, differentiæ rationem eſſe. Nam ſpecies facilius amitti poteſt, quam quantitas. Cum, ut ſupra dictũ eſt, quantitas cõſiſtat in genere, & genus perire non poteſt, d.l.Incendium, et hoc modo Bar. ſupra uoluit inducere d.l.Incendium. Secundo mouentur prædicti, ꝗ definitio Moræ, ut ſupra dictum eſt, non cadit in debitorẽ impeditum, cum non ſit in culpa, ergo nõ debet conuenire diſpoſitio, l. 1. §. dolum, de dolo. Ad hoc argumentum reſpondetᷣ, ut in d.L. Quod te, per Ripa. Pro hac ſententia tertio loco adducitᷣ optimus tex. qui urget in c. ſignificante, Ex. de pignor. ubi difficultas excuſat à mora debitorem, & loquitur text. in debitore quantitatis. Ad hoc defendẽtes ſententiam Bar. reſpondent, quod ibi excuſatur debitor nõ propter difficultatem, ſed ꝑpter caſum ſuperuenientem, ut ibi dicitur: ex qua reſponſione, ut infra dicam, DD. facile poſſent recõciliari. Quarto ꝓ hac ſententia adducitᷣ tex. in c. Cum tu. Ex. de uſu. Ad quem tex. reſpõdetur, quod difficultas excuſat à pœna afficienti animam, propter animæ maximum præiudicium: & ideo in foro poli debitor quantitatis liberatur propter difficultatem, ut per Alex. & modernos in d. L. Quod te. Quod crederem uerum eſſe niſi dolo quis contraxiſſet, ſciens, ſe non poſſe ſoluere, et ſic dolo mutuas pecun[illegible] .cepiſſet: quia cũ dolus nemini patrocinari debeat, iuribus uulgar, ideò & in

foro

ſoro poli teneretur. Quinto pro hac ſententia adduciť tex. in l. Et ſi lege. §. 1. ibi: Exigere non potuit. de petit. hæred. Ad quem tex. in d. L. Quod te, per nonnullos reſpondeť, ut licet difficultas excuſet ab exactione, non tamē excuſet à mora. Sed huiuſmodi reſponſio nulla eſt. Sexto loco Aret. in d. L. Quod te, adducebat tex. in l. pecuniæ. §. fin. De uſur. Sed ille tex. nihil facit; quia tex. loquiť de difficultate cauſata ex facto creditoris, quo caſu certum eſt debitorem excuſari, d. l. Qui decem. de ſolut. & l. pen. de leg. commiſſo. Sed etiam reſponderi poteſt, quod ſicut difficultas liberat à mora debitorē, quando cauſatur facto creditoris, eodem modo ſi facto debitoris, cum ut ſupradictum eſt in definitione ſeu deſcriptione moræ, mora cauſetur tam ex facto debitoris, q̄ꝑ creditoris. Septimo loco Aret. adducebat l. Si per emptorem. §. fin. de actio. emp. ibi: Niſi dolo uenditor fecerit. Sed ad illū tex. reſpondeť, ut ꝓximè dictū eſt in d. l. pecuniæ. §. fin, ꝙ ibi tex. loquať de difficultate prouenięte dolo creditoris; propterea Paul. Caſtren. dicebat, ſi creditor noluerit recipere oblatam pecuniam, excuſari debitorem poſtea interpellatum tempore quo conſumpſit, quod intelligendum eſt, ſi creditor fuerit in dolo, & hoc caſu danda erit dilatio debitori arbitrio iudicis, ſecūdum Speculatorē in tit. De actio. §. fin. uerſ. Pone. &c. Sed uidetur ꝙ in totū liberari debeat debitor, propter commiſſam moram à creditore

ditore non recipiente pecuniam oblatam abſq; ulla cauſa, & hoc ope exceptionis, non ipſo iure, ut dicitur in d.l. Qui decem. Et pro hac ſententia plura alia adducuntur per DD. quæ breuitatis cauſa omittam, remittendo me ad recẽtiores in d.L. Quod te. Quid autem ſtatuendum eſt in hac DD. controuerſia? placet mihi Bar. ſententia & ſequacium, quæ magis communis eſt, ut ſupra dictum eſt, quæ probatur per tex. in d.L. Qui decem, hoc modo inducendo, ubi debitor ita demũ liberatur, ſi creditor fuerit in mora, non recipiendo pecuniam oblatam, tunc ut proxime dictum eſt, debitor ſi pecuniam amiſerit præcedente culpa & mora creditoris, liberatur: ergo difficultas ſola non excuſat debitorem à mora. Secundò uiua ratione probatur hæc ſententia. Nam cum pecunia conſiſtat in genere, ut manifeſtè conſtat, non poteſt conſiderari difficultas, cum pecunia ubiq; reperiatur in genere ſuo ſi ipſe non habet, habent alij, à quibus quærere poteſt, quod ſecus eſt in debito ſpeciei: quia cum ſpecies talis in indiuiduo ubiq; non repeᵱriatur, merito lex in debitore ſpeciei conſiderauit difficultatem: & hanc puto fuiſſe mentem Bar. quam ſi habuerit, manifeſtè conſtat difficultatem non conſiderari in debito quantitatis: uidetur tamen DD. controuerſia in hac difficultate facile cõciliari poſſe, & quilibet eorum bene dicit, diuerſis tamen reſpe-
129. ctibus. † Ego itaq; hanc materiam diſtinguendo ſic

ſic dicerem, Aut ſumus in debitore quantitatis, non ſimpliciter uti quantitatis: Aut in debitore quantitatis ſimpliciter. Primo caſu, ſi quantitas conſideratur uti ſpecies, ut in exemplis d. l. Talis ſcriptura. §. Item ſi legatur, & in l. ſed ſi certos. de lega. 1. ueluti quando dictum eſt. Pecunias quas in arca habeo, & tunc conſiderari poteſt difficultas, quæ ſolet cadere in alijs ſpeciebus præſtandis, idemq; eſſet, ſi debitor eſſet in certa moneta, & non in alia moneta, prout ſolent interdum partes conuenire: quia idem dicendum eſſet, ſicut in debito ſpeciei. Secundò uero caſu, quando ſumus in debitore quantitatis ſimpliciter, & tunc ſubdiſtinguo. Aut loquimur in difficultate ſeparata à caſu aliquo fortuito: aut in difficultate coniuncta cum caſu. Primo caſu procedat ſententia Bar. & ſequacium, per Ang. & rationes quæ ſupra adductæ ſunt. Secundo uerò, procedat ſententia aduerſariorũ uidelicet Rapha. Cuma. Caſt. Rom. Iaſ. & Decij, ut patet ex eorum argumentis, quæ pro maiori parte hoc ſentire uidentur. Iſta diſtinctio probatur expreſsè per tex. in d. c. ſignificante. Ex. de pignor. ubi eſt caſus de hoc, cum ibi tex. conſiderat difficultatem in ſoluenda pecunia, non ratione generis principaliter, ſed habita ratione, quod debitor fuerat captiuus detentus ab imperatore, ut expreſſe dicitur in tex. Sic cõſideratur ibi per ſummum Pontificem difficultas ratiõe caſus fortuiti ſuperuenien-

L tis,

tis,qui caſus fortuiti in quacunq; re & materia conſiderantur, & ſolent excuſare debitores. l. Quæ de fortuitis. C. de pign. action. ſola enim difficultas, quod debitor non poſſet reperiri pecuniam, non excuſat eum à mora: quia ut ſupra dictum eſt, ſi non habet ipſe, quærat ab alijs: Sed quando perſona impeditur propter caſus ſuperuenientes, ut in terminis d. c. ſignificante, cum alijs, tunc ſecus eſt: quia iuſta, & legitima cauſa excuſat debitorem quantitatis, ut in l. ſciendum, iuncta gloſ. ibi, de uſur. Et hoc modo ex eorum tacita mente DD. reconciliari poſſunt, qui ſi ita diſtinctè locuti fuiſſent, ceſſaret omnis difficultas. Et quæ dicta ſunt de debitore quantitatis, procedunt, niſi ex parte creditoris mora interuenerit, quæ ultima eſſet. Nam tunc non ſolum difficultas excuſaret eum à mora, uerum etiam ab omni debito, ut eſt caſus in d. l. Qui decem: & plus operat mora ex parte creditoris, quam debitoris. Nam licet difficultas admixta cum caſu fortuito excuſet debitorem à mora & à pœna: non tamen excuſaret eum à debito, ut patet in d. c. ſignificante. Ex. de pignor.

130. Quinta exceptio eſt, † ſi res debita perit facto debitoris iuſto: quia tunc liberat. Ita Bar. in d. L. Quod te, per tex. in l. Qui ſeruum, ubi gloſ. plura iura conformia adducit, de uerb. obliga. in l. Quid ergo ſi minorem. §. Hæres. de lega. 1. Idem Bar. dicit in d. l. Qui ſeruum, & ita DD. in d. L. Quod te, omnes, & in locis præ

cis præ

cis prędictis ſequuntur dictum Bar. Solum recchtiores Mutinenſes, uidelicet Sadoleti Cardinalis Reuerendiſs: parens, cõtradixerunt, ut prędicta ꝓcederẽt, quando eſſemus in facto iuſto, ex om̃i iure, naturali, gentium, & ciuili, ueluti ſi hominem occidiſſem me inuadentem, q debitus erat. Nam ob cauſam defenſionis omnino eſſem liberatus à p̃ſtanda ſpecie: quia uim ui repellere licet, iure gentiũ et natura. l. Vt uim, de iuſtitia & iur. l. 1. §. ſed cũ arietes. Si quadru. paup. feciſ. dic. Et ſi quis defenſionem omitteret, diceret̃ ſemetipſum occidere, ut gloſſa ſingularis dicit in c. ſi quis ꝑ neceſsitatẽ, Ex. de fur. Et adeo defenſio omni iure eſt debita, ut ſingulariter dicebat Ioannes de lignano. in tract. de iuſt. bello. quem refert Panor. in c. 2. Ex. De uit. & honeſt. clerico. & ſequitur præcep. meus in d. l. Vt uim. num. 8. Vt ſi quis inuaderet clericum celebrantem miſſam, poſsit relinquere actum & ſe defendere, & ſi contingat aggreſſorem occidi, poteſt redire ad abſoluẽdum actum, & perficere miſſam: multos alios ſimiles caſus referunt DD. in d. l. Vt uim, ut alias latè dixi in d. l. ut uim. In prædicto caſu nihil peccat qui aggreſſorem occidit, ſecus in alijs caſibus præter defenſionis cauſam, ut ſi quis occideret alium in caſibus à iure permiſsis, ueluti ſi propter ſæuitiam ſeu propter punitionem, ut in caſu l. Eleganter. §. final. Verſ. Planè. de pigneratitia actione, & in exemplis traditis per gloſſam,

L 2 in d. l.

in d. l. Qui ſeruum. Ratio eſt differentiæ: quia tunc peccáret mortaliter, licet de iure liberaretur, ut eſt gloſs. ſingularis in c. Inter hæc, in gloſ. 1. Vers. Item licet patri. 33. q. 3. quam gloſ. ſingularem eſſe dicebat Panor. in c. Interfeciſti. in 4. notab. Ex. de homicid. Nam præceptum diuinum eſt, non occides, ut in decalogo habetur, & in c. ſi non licet. 23. q. 5. & ideò cum ſit factum iniuſtum, per id non liberaretur. Placet id quod Bar. in d. L. Quod te dicit, generaliter ita iuris eſſe quotieſcunque facto iuſto periret: quia ab homicidio liberaretur iure ciuili, & Canonico, licet in foro poli teneretur. Nam ſi lex liberat à facto & à pœna in foro fori, quanto magis liberare debet à mora, ſi res pereat iuſto facto: arg. Auth. Multò magis. C. de ſacroſanct. eccles. in l. Nec in ea. de adult. cum ſimilib.

131. Secundus effectus moræ eſt, † ut poſt moram ueniant uſuræ, fructus & alia acceſſoria. Sed differentia inter contractus hic diligenter ſeruanda eſt. Nam in contractibus bonæ fidei, ueniunt uſuræ à tempore moræ. d. l. Mora. §. In bonæ fidei. de uſur. In cõtractibus uerò ſtricti iuris ueniunt uſuræ à tempore litis conteſtatæ, l. uideamus. §. ſed ſi actionem. de uſur. l. Cum fundus. Si cert. peta. Sed in legatis, fidei commiſsis, & ultimis uoluntatibus inſpicitur tempus moræ: quia in ultimis uoluntatibus idem diſponitur, quod in contractibus bonæ fidei, ex quo

ultimæ

ultimæ uoluntates illis æquiparantur, ut eſt caſus in d. l. In minorum. C. In quibus cau. reſt. non eſt neceſſa. Et has iam dictas differentias in dictis locis DD. ſequuntur, ut ſunt Alex. Iaſ. & alij. Quę autem ſit differentiæ ratio, ut in contractibus bonæ fidei citius incipiant uſuræ, & fructus, quam in contractibus ſtricti iuris. Bal. in l. 1. col. ulti. C. de uſur. pulchre docet. Differentiam enim ponebat, hoc ita fuiſſe introductum propter exuberantiam bonæ fidei, quæ in dictis contractibus requiritur, idq; firmatur per tex. in l. Conſenſu. de obligat. & action. ubi in cõtractib. bonæ fidei ſcriptura nõ exigitur, nec uerborum ſolennitas neceſſaria eſt, & ideo in contractu emphyteutico, ſeu feudali, quo tempore ueniat uſuræ, tradit Bal. in l. penul. col. ij. de condit. inſer. & idem Bal. in l. ſi traditio. in quęſtione 4. C. de action. empti. Illud autem quod regulæ inſtar obtinet, uſuras & fructus in contractibus ſtricti iuris à tempore litis conteſtatæ conſiderari, iſta † regula recipit 132.
nonnullas exceptiones, quas DD. ponunt in d. l. Cum fundus: ut patet ibi, per Alex. & alios. Prima eſt, ut procedat prædicta † regula quando peto illud 133.
quod mihi debetur, ſecus ſi peto illud, quod eſt meum, uel fuit olim meum. Hanc doctrinam ponit I. C. in d. L. Videamus. §. ſi actionem de uſur. Hinc eſt quod in l. ij. C. de pact. inter empt. & uend. in actione præſcriptis uerbis, quæ eſt ſtricti iuris ueniunt

niunt uſuræ & fructus à tempore moræ, eo quia pe-
to illud, quod olim fuit meum, quando uendo fun-
dum cum pacto de redimẽdo, oblato pretio, actione
pręſcriptis uerbis agere poſſum ad repetendum fun-
dum, qui olim fuit meus. Rationem autem differen-
tiæ, Caſt. in d. l. Cum fundus, tradit, quod quãdo ago
ad id quod fuit meum, ago ad reſtitutionem quan-
dam; Reſtitutio uero denotat plenitudinẽ rei ac iu-
ris, ut declarat I. C. in d. l. Videamus. §. In Fauiana, de
uſur. ubi eleganter inquit tex. ut ſi prætor dixerit; Te
reſtituo, intelligitur per iſtud uerbũ, reſtituere eum
ad rem unà cum fructibus propter pleniorem ac la-
tiorem ſignificationem uerbi, Reſtituo, quod no-
tandum eſt in reſtitutionibus factis à principibus, ut
intelligantur reſtitutiones factæ, de fructibus etiam
licet id non expreſsè principes in reſtitutione dixe-
rint. Non omitto etiam, quod aliam rationem aſsi-
gnabat Salyc. in l. Vinum. in 11. oppoſit. Si cert. peta.
quod ideò illud ita ſit, quod quando ago ad illud, quod
fuit meum, uel ſit meum, habeo plenum ius propter
reliquias; hinc ueniunt plenius uſuræ & fructus à
tempore moræ. Et in effectu eadem uidetur eſſe ra-
tio, de qua per Caſtren. in d. l. Cum. fundus. Secun-
134. da ſit exceptio † in caſu l. filius. §. fina. de collat. dot.
& ibi gloſ. Bar. declarat. Hoc idem dicit Bal. in l. ſi
ſoror. C. de collat. quod caſus d. l. ſi filius. §. fin. ſit
generalis, ut in actionibus ſtricti iuris fructus ue-
niant,

niant à tempore moræ, non à die litis conteſtatæ, contra naturam contractus ſtricti iuris, d. l. Mora. §. ſi actionem: dicendum autem eſt illud ibi ita eſſe ratione qualitatis ſeruandæ. Tertia datur limitatio ſecundum Iaſo. in d. l. Cum fundus, † uidelicet in con- 135.
tractib. initis cum Principe, ut in illis ueniant fructus & uſuræ à tempore moræ, ex quo contractus huiuſmodi dicunt̃ habere naturã bonæ fidei: Hoc eſt ſingulare dictum Bal. in tit. de pace Conſt. in uerbo, ſupra uerò. Iaſ. non audet hoc firmare in d. l. Cum fundus. Placet mihi iſta limitatio, ut quę uera eſt. Nam maior fides exigitur in perſona principũ, quàm inter priuatos: quia naturaliter ſubiecti ſunt principes legib. naturalibus, & prout dicebat ſingulariter Bal. in cons. 279. Pridie enim conſului. lib. 3. ſecundum ultimam editionem, Princeps debet habere unã linguam, unũ calamum, & ipſius uerbum debet eſſe cõſtans, tanquam lapis angularis, & polus, & adducit quædam loca ſacræ ſcripturæ. Primo dum dicitur: Semel locutus eſt Deus. Item, Quod ſcripſi ſcripſi. Item dum dicitur: Ea quæ proueniunt ex labijs meis, irrita non faciam. Cuius dictum pro ſingulari ſequitur Præceptor meus in cons. 689. lib 5. Quarta exceptio fit † in omnibus caſibus moræ irregularis, 136.
in quib. re ipſa abſque ulla interpellatione mora cõtrahit, ut tunc uſurę ueniãt à tempore morę, ut in caſu d. l. In minorum, & in alijs caſibus ſupra enumeratis

in 2.

in 2. parte;quia in illis caſibus ſtatim à tempore mo-
ræ fructus, & uſuræ currerent. Quinta poteſt eſſe
137. exceptio uniuerſalis, † in omnibus caſibus, qui ſimi-
litudinem & naturam habeant bonæ fidei, ueluti in
cauſa dotis, licet enim contractus dotis ſit ſtricti iu-
ris propter ſtipulationem, quæ ſemper fingitur ineſ-
ſe. l. Vnica. in princ. C. de rei uxor. act. tamen habet
naturam bonę fidei, ut in §. pręterea. Inſtit. de action.
Idem etiam haberet locum, non ſolum pro parte
uxoris, ut gloſ. & DD. uolunt in l. De diuiſione. ſo-
lut. matrim. & Ioan. Fab. Petr. & Iaſ. hoc dicunt in
d. §. fuerat, ſed etiam pro parte mariti.

138. Tertius effectus moræ eſt, † ut etiam poſt mo-
ram, rei æſtimatio currere incipiat à tempore moræ,
iuxta tex. in l. Vinum. Si cert. peta. & ideò ſi debe-
res mihi dare uinum, ſeu quantitatem uini, & nō de-
diſti mihi interpellatus, ſi plus ualuerit uinum, tunc
poſſum petere tot urnas uini, & etiam æſtimatio-
nem, quanti plurimi. Iſte effectus totus dependet ex
d. l. Vinum, intellectu, qui tex. habet duos intelle-
ctus, ut ibi per gloſ. apparet. Primus intellectus eſt,
ut intelligatur diſpoſitio dicti tex. reſpectu moræ à
tempore moræ. Secundus intellectus eſt à tempo-
re litis conteſtatæ, & dubium exoritur ex illa lege,
quia tex. ibi dicit, quod æſtimatio cōſideratur à tem-
pore quo petitum eſt, quæ uerba denotare poſſunt,
tàm tempus interpellationis extra iudicialis, quàm
iudi-

iudicialis, & ſic poſt litem conteſtatam. Primus in-
tellectus † uidetur pluribus medijs probabilis, ut il- 139.
lud uerbum, Petitum, intelligatur per litis conteſta-
tionem: Primo, quia reſponſio debet eſſe confor-
mis interrogationi. §. præterea. Inſtit. de inutilib. ſti-
pulat. l. Si defenſio. de interrogato. actio. Cum ergo
quæratur à I. C. quando uini æſtimatio creſcat, an à
litis conteſtatæ tempore, & ſimpliciter reſpondet à
tempore, quo uinum eſt petitum. Ergo intellexit
I. C. à tempore litis conteſtatæ. Secundo ſuadetur,
quia uerb. Petitum, ſimpliciter prolatum denotat li-
tem conteſtatã. Nam ante litem conteſtatam, nõ di-
cit̃ quis petere, ſed uelle petere. l. Amplius nõ peti. &
ibi Bar. Rem. rat. habe. & uerba Iureconſultorũ intel
ligi debent ꝓpriè, & non impropriè, & ſic in iudicio.
Tertio quia principium l. ut dictum eſt, loquitur de
iudicio, ergo & alia pars intelligi debet eodẽ modo:
quia una pars declarat̃ per aliã, & præcedentia decla-
rant ſequentia. l. ſi plurib. §. fin. l. Qui filiab. De leg.
1. l. Semper in ſtipulatiõibus. de reg. iur. cum ſimilib.
Confirmando † hunc intellectum, quarto loco ita 140.
eum conſidero, quod contractus mutui, de quo
loquitur d. l. Vinum, eſt ſtricti iuris, & non bonæ
fidei: Sed in contractibus ſtricti iuris, regula eſt, ut
ſupra dictum eſt, uſuras & fructus uenire à die litis
conteſtatæ, & non à tempore moræ, d. l. Videamus.
§. ſi actionem. de uſur. & d. l. Cum fundus. Si cert.

M peta.

peta. Ideo in dubio adhærendum eſt regulæ, nec ab ea recedendum, ut dicunt DD. in l. 1. de reg. iur. Quinto facit, quod uerba ſemper intelligi debent in potẽtiori ſignificatu, l. 1. §. Qui in perpetuum, iuncta gloſ. ibi, in uerb: Domini. Si ager uectig. uel emph. peta. Ideò debet intelligi illud uerbum, Petitũ, per litem conteſtatãm, & non per actum extraiudicialem, cum actus iudiciales ſint firmiores extraiudicialibus, per ea quæ not. in l. Siue apud acta. C. de transact. & nos ſup. diximus.

141 † Secundus uero intellectus gloſ. eſt, ut illud uerbum; Petitũ, intelligatĩ per interpellationem extraiudicialem, & ſic à tempore moræ, quæ cauſatur ex interpellatione, ſiue ſit facta mora extra iudiciũ, ſiue in iudicio, qui intellectus comprobatur, Primò, qa tex. quoad tempus, dicit inſpiciendũ eſſe tempus à partibus prçfixum circa ſolutionẽ, ergo intelligit tex. à tempore morę, cum mora cõmittatur per lapſum diei. d. l. magnã. Secundo ſuadetur, quia nõ debet plus opari fictio in caſu ficto, quam ueritas in caſu uero. l. filio quẽ pater. de liber. & poſthumis. Sed interpellatio diei, eſt extraiudicialis: ergo & de alia petitione extraiudiciali idem dicendũ eſt. Tertio adducitĩ pro iſto intellectu, ꝙ de proprietate ſermõis uerbum, Peti, relatum ad eum cui ex petitione debet acquiri, intelligitĩ de extraiudiciali petitiõe, l. ſi decem cum petiero. de uerb. oblig. Et ita Bar. per illum tex. dicebat in d. l. Amplius non peti, ergo tex. in d. l. Viſ

num.

num, intelligi debet de extraiudiciali interpellatione. Iſte intellectus ſecundus communis eſt, ut DD. in d.l. Vinum, aſſerũt, uidelicet Alex. & Iaſ. In hoc intellectu l. Vinum, uidetᷓ aliqua difficultas. Sanè ſi ꝙ res eſt, dicere uelimus, in puncto iuris uerior uidetᷓ intellectus contra communẽ, prout Pręceptor meus, et omnes recentiores fatentᷓ in d.l. Vinum: pro quo intellectu uidetᷓ optimus tex. in l. fin. de cond. Tritica. ubi tex. dicit, ꝙ uerbum; Petitũ, recipit interp̄tationẽ per litem conteſtatam; cum ergo declarationẽ habeamus in alijs legib. ꝙ uerbum, Petitum, ſic accipiatur, ergo d.l. Vinum, declarari debet per d.l. fin. Et ita nouiſsimè aſſerit Ferrett. noſter, in ſuo compẽdio Morae, nouiſsime edito. Tamen defendendo cõmunem intellectũ dicere poſſumꝰ, ꝙ ille tex. debeat intelligi eo modo, prout DD. eum communiter intelligunt. Nam I.C. in d.l. Vinũ, de trib. quęrit an tempꝰ quando petitᷓ, inſpiciatᷓ, uel litis conteſtatę, uel rei iudicatae. De primo diſtinguit, ut ſi dies eſt expreſſus, dies inſpiciatur, ſi uerò non, reſpondet cum petatᷓ, nõ debet referri illud reſponſum niſi ad primũ caſum, & ad proxima; & hoc modo acceptus iſte tex. ꝓbat intellectũ communẽ, ut dicatᷓ aeſtimatio creſcere tempore quo petatᷓ quando dies non eſt expreſſus, uidelicet ꝑ interpellationem extraiudicialẽ, & ſic à tempore morę.

† Iuxta prędicta quęritur, cum in d.l. Vinum dicatᷓ, ꝙ aeſtimatio creſcat à tẽpore morę, ut quis poſsit pe- 142.

ſere uini æſtimationem, quanti plurimi, cum tex. ille loquatur in mora ex parte debitoris, an è conuerſo etiam uendicet ſibi locum in mora ex parte creditoris. Exempli gratia: Debebam dare tibi decem urnas uini congruo loco & tempore, obtuli, noluiſti recipere, an ego debitor poſſem defalcare uini æſtimationem, quia tempore oblatiõis ualebat uinum duos florenos, nunc quatuor. Hanc quæſtionem poſuerunt antiqui, ut patet per Cyn. in d. l. In minorum. in 9. quæſt. C. In quibus cauſ. reſtit. non eſt neceſſa. Vbi refert Iacobum ab Are. noluiſſe d. l. Vinum, locum habere in perſona creditoris, eò quia lege hoc non cauebatur, & erubeſcimus cum ſine lege loquimur. §. Conſideremus. Auth. de trien. & ſemiſ. in l. Illam. C. de collat. Neq; obſtabat, quod licet d. l. Vinum. cum ſimilibus, loquatur in debitore uini, ut tamen procedere debeat, etiam in perſona creditoris. Nam cum debitor & creditor ſint correlatiua, explorati iuris eſt, quod in correlatiuis, quicquid diſponitur in uno cenſeatur etiam diſpoſitum, in altero l. fina. C. de indic. uiduit. tollen. Facit etiam regula, Quod fauorabiliores ſumus debitorib. quàm creditoribus, l. Arrianus. cum uulga. De obligat. & action. Ad hoc reſpondet Cyn. ibi, quod propterea non facienda ſit extenſio: Quia cum creditor qui in mora eſt, grauatur in uno. (nam ſi res periret, ipſius periculo periret. d. l. Qui decem. De ſolut.) ideò releuari

leuari debet in alio. l. Eum qui, de iureiur. Tamen DD. his et alijs nō obſtantibus, contrarium tenent, ut patet per Cyn. & Pet. in d. l. In minorum, ut d. l. Vinum habeat locum tàm in creditore, quàm in creditore. Et idem tenet Alb. de Roſa. in d. l. Vinum col. pen. Et Iaſ. ibi in 2. notab. Qui mouentur, quod eadem eſt ratio, nec debent contractus claudicare. l. Illud. De periculo & comm. rei uend. Ad idem eſt tex. in l. fin. C. de fructib. & lit. expenſ. Secundo mouentur per tex. in l. Ratio, alias, Datio. §. Si per uenditorem. De action. empti, in uerbo. Agatur, ubi gloſ. ſentit habendam eſſe rationem ad præiudicium ſeu commodum ita in perſona creditoris, ſicut debitoris. Et pro hac ſententia fa. regula uulgaris: Quod mora ſua cuilibet ſit nociua, ut in c. Mora. Ex. de reg. iur. in 6. Præterea cum eadem ratio æquitatis militat, de qua in d. l. Vinum, ideò nō eſt facienda differentia, ſiue ſit mora debitoris ſiue creditoris, per l. fina. C. ad l. Falcid. Nec conqueri poteſt creditor cum ex facto & culpa ſua damnum patiatur, ideò ſibi imputet ipſe, per regulam. Damnum quod quis ſua culpa ſentit, &c.

Quartus effectus moræ eſt, † ut poſſeſſor poſt moram efficiatur malę fidei poſſeſſor, quo caſu effectus malæ fidei poſſeſſor nō poterit præſcribere, iuxta reg. c. malæ fidei poſſeſſor. De reg. iur. in 6. & c. fin. Ex. de præſcript. Hinc ſequitur illatio ad dictum 143.

Fulgoſij in conſ.63. † Si extaret ius municipale, ut ſi creditor infra decennium debitum nõ petierit, ulterius non poſsit agere, quod tali caſu poſt moram nõ poſsit præſcribere debitum, ex quo efficitur malæ fidei poſſeſſor, cum ſciat ſe eſſe debitorẽ, uel ſcire debebat, quę paria ſunt, ut in d.l. Quod te, ita Ferrett⁹ inferebat in dicto ſuo compendio. Iſta illatio licet in ſe uera ſit, nõ tamen ꝓcedit, quo ad illud ſtatutum, quia DD. communiter dicunt, ius municipale non ualere diſponens, ut creditor perdat debitum, nec poſsit ulterius exigere, ſi infra deceñium nõ petierit. Ita DD. Cano. in c. Cura. Ex. de iur. patron. & ibi Butr. & Panor. quoq; in c. Quod cleric. Ex. de foro cõp. Ang. et Imo. in d. L. Quod te ſequit̃, in l. ſequit̃. §. Si uiam de uſucap. & ita in ſpecie iſtius ſtatuti uoluit Anchar. in cons. 5. in ult. col. Alex. in conſ. 51. Quod Ludouic⁹. lib. 5. Et ita DD. dicunt in l. Omnes populi. de iuſt. et iur. quorũ fundamentũ eſt in mala fide, quę omnino excludit quemcunq; præſcriptionem, ſiue ciuilẽ, ſiue Canonicam, ut in d. c. fin. Dictũ uero Fulgoſij in d. cons. ab omnib. reijcit̃. Ideo ut dict. eſt, non debebat fieri iſta illatio ex quo ſtatutũ illud non ualet de iure. Declarat̃ tamen iſtud ſtatutũ non ſolum non poſſe ꝓcedere in perſona debitoris, ſed nec in perſona hęredis, licet in perſona hęredis error eſſet magis tollerabilis, l. fin. ꝑ ſuo. Nam hæres dicit̃ eſſe in mala fide, cum mala fides defuncti inchoata in perſona ipſius ſequatur hęredem, & hęres exonerare debet malam fidem

dem defuncti. † In uno tamen caſu DD. dicunt illud 145.
ſtatutum poſſe ꝓcedere, quando ius municipale dirigeret uerba ad creditorē, ut quia ſic diſponerent ſtatuentes: Si creditor nō petierit debitum infra decennium cadat à iure ſuo; tunc enim ualeret. Ita Caſtr. poſt alios dicit in d. l. ſequit. §. ſi uiam. Ratio differentiæ tradit, quia tunc debitor non diceret pręſcribere, et ꝓpterea ceſſarent omnia iura, quę negant pręſcriptionē cum mala fide. Nam creditor puniretur à ſtatuentibus propter ipſius negligentiam. Pœnæ aūt poſſunt applicari debitori. l. Id quod pœnę. De ſolut. Et clarum eſt, ſtatutū poſſe ſubditis pœnā imponere, nec debitor peccaret in hoc, ex quo pœnę de iure Canonico ſunt licitę. c. Suam. Ex. De pœ. Et ita hāc quoque limitationē ſequit nouiſsimè Crot. in d. l. Oēs populi, num. 75. Sed iſta limitatio mihi nunꝙ ſatisfecit. Videntur DD. uim facere in uerbis nō in reb. Idem uidetur ſi dicat ſtatutum: Creditor exigere nō poſsit, ac ſi dicatur: Cadat ab omni iure ſuo. Quia eundem ſenſum habent prędicta uerba, & lex non uerbis, ſed reb. ponēda eſt, l. 2. in fi. C. Commu. de leg. Non. n. debemus amplecti uerba legis ad euitandā diſpoſitionem, ſed ſenſum legis. l. Non dubiū, cum ſimilib. C. de legib. † Operat mora ꝓpter malā fidem, ut malæ 146.
fidei poſſeſſor teneatur ad oēs fruct⁹ perceptos et percipiendos. l. ſi nominis. §. 1. & l. fruct⁹. la. 1. de rei uendicat. ꝙ ſecus erit in bonæ fidei poſſeſſore, qui acquirit ſibi fructus tam ex cultura, quàm ex cura, ut in §. Si quis

Si quis à non domino. Inſtit. de rer. diuis. & ibi glo. notat in uerbo: Iuſta, id locum habere, ſiue cum titulo, ſiue abſq; titulo. Plures effectus conſiderari poſſunt an is qui in mora eſt, efficiatur malæ fidei poſſeſſor.

147. Quintus effectus moræ ſit, † quem gloſſa tradit in d. l. Mora, in caſu l. Si quis in ſuo, & alias in l. Si quis in teſtamento. C. de inoffic. teſtamen. uidelicet quando hæres inſtitutus uniuerſaliter grauatus fuiſſet per teſtatorem, ut alteri fratri ſolueret legitimam, ſiue ſupplementum. Nam ſi moram traxerit, & non paruerit teſtatoris uoluntati, incidet in pœnam, ut teneatur dare tertiam partem eius, quod debebat pro pœna: ibi Iaſ. infert, quod ſi pater inſtitueret filium maſculum uniuerſaliter, filiæ uero relinqueret dotem uel legitimam, quæ danda eſſet à filio maſculo, quod ſi moram traxiſſet filius, teneretur ad tertiam partem eius, quod relictum eſſet, argumen. illius text.

Sextus moræ effectus eſt, qui eſt uniuerſalis in omnibus diſpoſitionibus, tàm in ultimis uoluntati-
148. bus, quàm in contractibus, † ut ſi diſpoſitio facta eſſet pura, & in euentum non paritionis eſſet appoſita pœna, exempli gratia, ſi teſtator reliquiſſet fundum, uel partes promiſiſſent fundum, & dictum fuiſſet, Si non dederis fundum, promittis mihi centum loco pœnæ: Si interpellatus eſt debitor, ut daret fundum,

dum,uel aliam ſpeciem, & in mora fuerit, tunc mora operatur, ut diſpoſitio pura transfundatur in pœnalem diſpoſitionem,& teneatur ad pœnam,nec poſſit liberari tradendo rem debitam: tex. eſt de hoc in l.ſi pœnam. Quan.dies leg.ced.ubi expreſsè dicitur, quod ſi debitor interpellatus eſt,& ſic ſit in mora,cum per interpellationem mora conſtituit, tunc transfuſio facta eſt,& ideò ſi non interuenerit interpellatio, pura remanebit diſpoſitio,etiam circa hæredes ex quo conditio non extitit, quia non fuit interpellatus.

Septimus effectus eſt, † ut res perempta debita adhuc peti poſsit, ut eſt caſus in l. ſi ſeruum.§. fin. de uerb. obligat. &per conſequens ualeret libellus, ſi res perempta peteretur, quod procedit propter moram debitoris in ipſius odium. Nam lex fingit rem debitam in rerum natura adhuc extare, ut dicit text. in l. Nemo rem ſuam. §. 1. de uerbo. obligat. Nam ibi dicit perinde eſt ac ſi uiueret homo promiſſus,& ſic per quandam fictionem, ſecundum naturam illius dictionis,perinde. † Sed contra hæc uidetur obſtare doctrina Bar. in l. Stipulationes non diuiduntur,in pen. quæſt. in fin. de uerb. obligat. ubi dicit,quod quando illud,quod petitur eſt impoſſibile, non debet actor in libello petere: Propterea uidebatur, quod actor non poſſet petere rem peremptam, facit etiam tex. in l. Si homo mortuus. De uerb. obligat. ubi mortuo homine promiſſo, nec 149. 150.

N res nec

res nec pœna debetur: Sed tamen non eſt receden-
dum, ut DD. dicunt in d. §.fi. cum ibi ſit tex. apertus,
quod homo mortuus adhuc peti poſsit. Quomodo
aũt res, ſeu ſpecies debita perempta peti poſsit, Bar. in
d. §. fin. triplicem libelli formam ponebat, ut ibi per
eum, ubi & Alex. ſequitur doctrinam Bar. & plura
congerit de libello & praxi materiæ moræ, quomo-
do res perempta peti poſsit; Latè ponit Speculator in
tit: De oblig. & ſolutio. §. ſequitur in Vers. Ad ube-
riorem. Et in Vers. Quid ſi libellus.

151. Octauus effectus eſt moræ, † ut per litis conteſta-
tionem debitor teneať non ſolũ de dolo, uerum etiã
de culpa. Ita Alberi. dicebat in d. l. Mora, per tex. in l.
ſi homo, in fi. aliàs incipit, Iulianus. De rei uendicat.
Hoc dictũ tamen declaratiõe indiget, ut illud intelli-
gamus de leui culpa, et non de lata, quia ante moram
quis tenetur de dolo, & lata culpa, ut DD. notant in
notabilib. d. L. Quod te, ut ille textus loquens de do
lo, locum etiam habeat in lata culpa, ex quo lata culpa
dolo comparatur, per tex. notab. in l. 1. §. 1. Si men-
ſor fals. mod. dixe.

152. Nonus effectus eſt, † ut poſt moram poſſeſſor
teneatur non ſolum ad rem peremptã, ut dictum eſt,
& ad fructus, uerum etiam ad oẽs acceſsiones, & ad
omne commodũ, & ad oẽs actiones, quas teneretur
reſtituere, ueluti ad L. Aquiliæ actionem, & ſimiles,
ut patet in l. Iulian⁹. §. 1. ubi per totã l. de rei uendicat.

Deci-

Decimus effectus eſt,ut per litem conteſtatam † interrumpatur præſcriptio. L. Moræ litis. C. de rei uendicat. Non autem per libelli oblationem,ut per Bar. & DD.oēs in l.Naturaliter.de uſucapio.Quod intelligendum eſt de præſcriptione longi temporis, ueluti in bonis immobilibus, ſecus in rebus mobilibus,& ſic in uſucapione triennali,ꝑut de hoc eſt tex. in l.2.in fi. Pro empt. qui tex. hoc modo reconciliāt, ut ibi per gloſ. & in d.l.Moræ litis. 153.

Vndecimus † effectus eſt in Authen. Hoc amplius.C. de fidei commiſs.ut monitus à iudice,ut adimpleret teſtatoris uoluntatem, ſi infra annum non adimpleret excepto naturali debito, uidelicet legitima,omni commodo hæreditatis priuandus eſſet,& iſte text. eſt optimus ad alium effectum,in quo probatur, quod conſimilis eſt text. qui ab omnibus adducitur ad hoc in c. Si pater. Ex. de teſtament. in VI. 154.

Duodecimus effectus eſt, † ut mora claudat uiam in exceptionibus dilatorijs. L. fin. C. de exception. 155.

Decimus tertius effectus eſt, † ut mora perpetuet obligationē,ut patet in d.l. Si ſeruum.§. Videamus.De uerb.obligat.Ex qua perpetua obligatione, plures effectus ſequuntur,ut patet in d. l. ſi ſeruum. §. final. Inprimis acceptilatio fieri poteſt etiam re perempta. Item conceditur nouatio, quæ non 156.

deberet concedi, cum res non extaret, ut ipſe I.C. dubitat in d. §. fin. Et quatenus d. eſt nouationem fieri poſſe etiam re perempta, ſequitur ſingularis effectus, quod ſi nouatio fit, ut res ſit perempta, non propterea ſequitur liberatio, prout deberet eſſe ex natura nouationis, cum nouatio nihil aliud ſit, quàm prioris obligationis in aliam transfuſio, L. 1. de nouat. Si uerò res extaret & mora eſſet commiſſa, deinde ſubſequeretur nouatio, tunc purgata eſſet mora & periculum, ſeu caſus rei, ſi rurſus res periret, ſpectaret ad creditorem, & non ad debitorem, ut eſt tex. in l. ſcire debemus. §. fin de uerb. oblig. & eſt optimus tex. in l. ſi Stichum. De nouat. ubi expreſsè dicitur morā purgari per nouationem. Debetis intelligere hodie ſi nouatio facta ſit expreſsè animo nouandi, aliàs non induceretur, ut eſt tex. in l. fin. C. de nouat. Et hanc doctrinam ſingularem eſſe reputant DD. in d. l. ſi ſeruum. §. fin. ubi Dyn. Bar. & omnes DD. ſic dixerunt, facientes differentiam, an res ſit perempta, uel in rerum natura. Quæ autem ſit differentiæ ratio Paul. Caſtr. & Iaſ. ibi in d. §. fin. dicebant: Quando enim res eſt in rerum natura, tunc ſi offerret rem debitam, certum eſt quod debitor liberaretur, ex quo mora purgari poteſt: propterea nouatio inducit liberationem, & moræ purgationem, quod non poteſt contingere, quando res eſt perempta: quia mora non poteſt purgari, ex quo res perempta offerri non poteſt.

poteſt. Bona eſt iſta ratio, nec melior dari poteſt: quia lex non ſolet fingere in his, quæ ſunt impoſsibilia ſecundum naturam.

Decimus quartus moræ effectus ſit, † ut non ſolum mora perpetuam reddat obligationem, ut ſupra dictum eſt, ſed etiam actionem, ut in inſtit. De perpet. & tempor. action. 157.

Decimus quintus effectus ſit in L. Non ab eo. C. Vnde ui. † ubi colonus, inquilinus, poſſeſſor precario poſsidens, ſi in reſtitutione rerum moram traxerint, uſq; ad ſententiam, tunc condemnentur, non ſolum ad rerum reſtitutionem, uerum etiam ad ipſarum rerum æſtimationem. 158.

Decim⁹ ſextus effectus ſit † in matre, quæ debet petere tutorem filio, in qua re ſi moretur, priuatur ſucceſsione, L. 2. §. ſi mater. Ad Tertull. & in l. 3. C. Si cert. peta. ut ſi infra tempus, uidelicet infra 4. menſes, uel infra annum, ſecundum uarias DD. ſententias tutorem nō petierit, tunc priuaretur omni commodo ſucceſsionis. Ita Bar. & Bal. dicunt in Auth. Præsbyteros. C. de Epiſcop. & cleric. 159.

Decimus ſeptimus effectus ſit, † ut ſi quis fuerit admonitus à iudice, ut reſpondeat poſitionibus, ſi mora contraheretur propter ipſius contumaciam, tunc puniretur. Ita Alex. & DD. omnes dicunt in d. l. ſi inſulam. De uerb. oblig. Curt. in l. ij. §. Quod ſi actor. col. ij. C. de iuramento calumniæ. & hæc 160.

mora poterit purgari, ſi res eſſet integra, & ius ad-
uerſarij non eſſet factum deterius: quia ut infra di-
cam, mora non poteſt purgari.

161. Decimus octauus effectus eſt, † ut re perempta
poſt moram, debitor offerendo æſtimationem libe-
rari poſsit, ſicut ſe liberaret offerēdo rem antequam
res periret. Ita Bar. poſt Dyn. in d. l. ſi inſulam in ꝟ.
quæſt. per tex. in l. Cum res. §. Si Stichus. De leg. 1. &
162. cum Bar. ſententia pertranſeunt oēs DD. † Sed iſta
DD. ſententia nō uidetur tuta. Primo, quia ut ſupra
dictum eſt, res perempta quoq; peti poſsit. d. l. ſi ſer-
uum. §. fina. Ergo ſi adhuc eſt in obligatione res, ſe-
quitur quod propter æſtimationis oblationem non
poſsit liberari. Secundo facit, quia per ſolā oblationē
æſtimationis nō deberet debitor liberari, quia ſi hoc
modo liberaretur, damnum pateretur creditor, ex
quo non poſſet petere intereſſe ſuum, & æſtimatio-
nem quanti plurimi, prout debetur in d. l. Vinum.
His tamen non obſtantibus, non eſt recedendum à
DD. ſententia. Nam cum impoſsibile ſit, ut res per-
empta tradatur, neceſſe eſt deuenire ad æſtimatio-
nem rei, propter naturæ impoſsibilitatem. Nam li-
cet res ſit in obligatione, d. §. fin. & l. Nemo rem. §.
1. De uerb. oblig. Tamen obligatio reſoluitur in
ęſtimationem, prout in ſimili uidemus in obligatio-
nibus factorum, ut quis preciſè non compellatur, ſed
ſuccedit obligatio ad intereſſe, ut in l. Si quis ab alio,

in fin.

in fin. de re iudic. & in l. Stipulationes non diuidun-tur, in uers. Celſus. De uerb. obligat. Ad ſecundum reſpondetur, quod neceſſe eſt fateri, & ita neceſſa-rio intelligenda eſt Bar. & DD. ſententia, ut offe-rendo æſtimationem, re perempta debitor libere-tur, ut ſi creditor poſsit prætendere intereſſe & ua-lorem quanti plurimi, quod ultra æſtimationem rei teneatur ad intereſſe.

Decimus nonus effectus eſt, † ut mora inducat delictum quoddam. Nam qui moram cõtrahit, quo-dammodo delinquere dicitur, gloſ. eſt communiter recepta, in l. ſi mora. ſolut. mat. Et ideò moram con-trahentibus, & ſic delinquentibus, iura non ſolent ſubuenire. l. Bona fides, Depoſiti. cum ſimilibus. Et hoc etiam apparet ex plurib. ſupra relatis, ꝙ is qui in mora eſt, furi æquiparatur. d. l. Inter ſtipulantẽ. §. fin. Sed illud delictum conſiſtit in non faciendo, ideò le-uius delictum reputatur, quàm ſit delictum in fa-ciendo, prout gloſſa prædicta loquitur in d. l. ſemel mora, ſolut: mat. 163.

Vigeſimus & ultimus effectus eſt, † ut in iudi-cijs, ſi quis promiſerit iudicatum ſolui, & per conſe-quens defenſionem, iuxta text. in l. Iudicatum ſolui, Iudicat. ſolui, committatur mora uſque ad totale intereſſe, ut in l. Iam tandem. §. In hac. & in l. Cum quærebatur. §. proinde. Iudicat. ſolui. Sed ſi com-mittatur mora extra iudicium, ut in alijs caſibus 164.

ſupra

ſupra dictis, mora duntaxat committitur ad particu- lare quoddam intereſſe, ut patet in d.l. Stipulationes non diuiduntur, Vers. Celſus. de uer: ob: ubi DD. latiſsime.

Sequitur penultima pars noſtri compendij, in qua tractat͂ utrum mora commiſſa purgari
165. poſsit per debitorem, nec ne: In hac parte concludendum eſt, ponendo regulam, † Moram purgari poſſe, & hoc à lege conceſſum eſſe ex æquitate quadã contra iuris ciuilis rigorem, ut Paul. I.C. inquit poſt Cel-
166. ſi adoleſcentis ſententiam in d.l. Si ſeruum. §. ſequitur, ibi: De bono & æquo. † Neq; obſtat quod aliqui recentiores dicant, iſtud non probari per illum textum, cùm æquitas etiam conſiderari poteſt ex rigore iuris, iuxta tex. in l. 1. de iuſt. & iur. Sed contrarium uerius eſſe, optimè probat tex. ille, qui in ore omnium eſt, moræ purgationem competere ex æquitate. Et hoc probatur in illo tex. dum ibi dicitur: Sub autoritate iuris ciuilis pernicioſè plerunq; erratur. Ex quibus uerbis colligitur, æquitatem conſiderari non ex iuris ciuilis fontibus, ſed ex naturalis rationis & iuris gentium, cum ibi contradicat text. Quod autem moræ purgatio competat ex æquitate in l. Etſi poſt. Si quis caut. probatur ibi: exceptione, & per conſequens ex æquitate, cum exceptio fundetur ſemper in æquitate. L. Qui æquitate. De doli

mali

mali except. Hoc idem etiam tertio probatur in l. Sed etſi alia. De conſt.pecu.ibi; æquum eſt. Item ratione confirmatur. Nam moræ purgatio cum fiat abſq; creditoris damno & detrimento, & alijs prodeſt, ratio naturalis dictat, ut concedi debeat,& in hoc æquitas conſiſtere uidetur, aſſerente Bal. in d. l. Etſi poſt tres. Et ad hoc optim⁹ eſt tex. ſemper mente tenendus in l. ij. §. Item Varus. De aqua plu. arc. ibi.æquitas ſuggerit,licet iure deficiamur. † Et plures effectus conſiderari poſſunt, an moræ purgatio competat ex æquitate, uel ex rigore iuris, prout dicebat Ang. Perus. in d. l. Si inſulam, ubi ponebat duos effectus. Primus eſt ſi ius municipale extaret, 167.
† ut in cauſis decidendis rigor iuris ac iuris apices ſeruari debeant, tunc moræ purgatio denegaretur, cum proueniat, ut dictum eſt,ex æquitate, quæ à ſtatuentibus excluſa uidetur. Sententiæ Angeli, Imo. Alex. Iaſ. & alij aſtipulantur, ut per Roma. in Rub. De arbitr. Iſta ſententia, licet non habeat contradictores, exceptis quibuſdam recentioribus: tamen uidetur quod non ſit probabilis,quod per huiuſmodi uerba,in cauſis decidendis rigor ſeruetur, moræ purgatio ſit denegata, Nam ſenſus eorum uerborum eſt, rigor iuris ſeruetur, hoc eſt, ordo iuris ſeruetur. Adducunt tex. in c. Si clericus laicum, & ibi Panorm. in 4. notab. notat. Ex. de foro compe. Secundò adducunt tex. in c. ſuper literis, ubi Dec. 168.

Ex. de reſcrip. Senſus ſtatuentium eſt ſecundum eos, non excludere morę purgationē, ſed excludere conſuetudinem, uel quamcunque cōſtitutionem & quod tantum ius commune ſeruetur, non aūt quod auferatur morę purgatio.
169. † Placet mihi iſtorum ſentētia, quæ confirmatur. Nam ſi ſtatuentes hunc ſenſum haberent, ſequeretur illud ſtatutum fuiſſe iniquum, auferendo moræ purgationem ex ęquitate emanantem, quod eſſe nullo modo debet cum lex debeat eſſe ſemper æqua & iuſta, & non iniqua. c. Erit autem lex. 4. diſt. & eſt bonus tex. & ibi DD. omnes in l. Ex facto, ubi alias dixi. de uulga. & pup. Item contra ſententiam Ange. & ſequacium facit, quod poſito, non conceſſo, ut huiuſmodi eſſet ſenſus ſtatuti, non tamen procederet opinio Ange. quod ſtatuentes uoluiſſent excludere moræ purgationem: quia ſtatuentes intellexiſſent de æquitate in genere, non de æquitate ſcripta in iuris corpore, prout in caſu iſto cum expreſſè in corpore iuris ſcriptum ſit, Morę purgationem ex æquitate competere, & æquitas ſcripta fortior eſt iure ſcripto, ut dicunt DD. in l. Placuit. C. de iudic. Item non procedit ſenſus Ang. Quia redargui potuiſſent ſtatuentes, quod in dubio non
170. eſt dicendum. † Nam ſtatuta ita debent emanare, ne à ſapientib. redargui poſsint. l. Saluius Ariſto. de lega. prę ſtand. Secundus effectus eſt circa ſtatuta,
171. † ut ſi ſtatutum eſſet, inſtrumenta Guarantigiata (ſic uulgò

uulgò dicta, uocabulo, ut Iaſ. aſſerit, Hetruſco no‑ ſtro) ſortiri debere extenſionem, perinde ac ſi ſen‑ tentia lata foret, tunc mora purgari non poſſet. Nam ſi poſt litem conteſtatam mora purgari non poteſt. d. l. ſi inſulam, cum alijs, minus poterit pur‑ gari poſt ſententiam latam. Iſtud dictum notan‑ dum eſt in partibus noſtris, ubi inſtrumentorum di‑ ctorum uſus ſeruatur. Iſtum ſecundum effectum, ſecundum ſententiam Ange. DD. plures ſequun‑ tur in d. l. ſi inſulam. Secutus eſt Corn. in conſ. 141. Viſo themate. col. ij. lib. 4. Hanc ſequuntur recentiores in d.l. ſi inſulam, ut per Clau. de Seiſel: & alios. † Et ratio eſt, quod ex natura illius inſtru‑ 152.
menti Guarantigiati datur executio in confeſſum. Nam nihil aliud eſt Guarantigia, quam confeſsio ſolennis cum omnibus renunciationibus. Ita Iaſ. dicebat in l. 1. §. ſi quis ita. de uerbo. oblig. Et in effe‑ ctu, idem operatur talis forma inſtrumenti, prout in urbe Romana obligatio in forma Cameræ, quæ ſo‑ lennis eſt, in qua nihil aliud poteſt deſiderari, quam quod ſecundum illam formam expreſſum ſit, ibi prę‑ gnantes clauſulæ opponuntur. Et adeo ſolennis eſt obligatio, ut cõtra formam dictæ obligationis nulla exceptio opponi poſsit. Propterea ſequitur ꝙ cum facta ſit ſolennis obligatio: & omnis exceptio ſub‑ lata ſit, ut etiam moræ purgatio denegetur. Nam ex‑ ceptio fundatur in æquitate, l. Qui æquitate. De doli

except. Sed Rui. qui utitur hoc fundamento, potuiſſet adducere tex. ubi caſus in d. l. Et ſi poſt tres, ubi tex. loquitur de purgatione moræ, & appellat exceptionem. Nam moræ purgatio nil aliud eſt, quam quædam exceptio. Licet enim quidam recentiores reſpondebant huic fundamento, quod licet enaſcatur ſublata exceptio intelligitur de friuolis exceptionibus, ſed moræ purgatio non eſt leuis exceptio. Ergo, &c. Sed eorum reſponſio debilis eſt. Nam in ſimilibus formulis obligationum tolluntur omnes exceptiones. Et propterà intelligitur etiam de morę
123. purgatione. † Alex. Imo. & Roma. in d. l. ſi in ſulam, dixerunt morę purgationem non eſſe ſublatam uirtute inſtrumenti Guarantigiati: & ita etiam uoluit Soci. in cons. 199. In cauſa tacta. col. iij. Et uidetur hæc communis DD. ſententia contra Ang. quàm qui tenent, mouentur iuribus & rationibus, ut ibi per eos. Ratione mouentur. Nam iſtud ſtatutum recipere debet interpretationem ne quis indebitè patiatur. l. ij. cum ibi not. C. de noxal. Et in c. Cum dilectus. Ex. de cõſuet. DD. in l. fin. §. in computation. C. de iur. de lib. ut ibi per Iaſ. & alios, quod
124. eſſet ſi non daretur moræ purgatio. † Sed defenditur Ang. ab iſto obiecto. Cum enim hoc fiat ex culpa & facto debitoris, ſequitur quod non indebite damnum patiatur, iuxta regulam illam. Damnum quod quis ſua culpa ſentit, De reg. iur. Nam certum eſt,

eſt, quod qui moram trahit in ſolutione uel in facto, quodammodo delinquere uidetur, prout gloſ. communiter recepta dicit in d. l. ſi mora. Solut. matri. Mouentur legibus dicti DD. per tex. in l. ſi duo. §. Ait prætor. cum l. ſequen. de conſtit. pecu. Nam licet ibi prætor cogat eum ad ſoluendum, qui conſtituit ſe ſoluturum, tamen conceditur moræ purgatio, per tex. in l. ſed ſi alia, quæ eſt lex ſequens. Sed defendendo, Ang. & ſequaces, reſponderi poteſt, quod uerba Prætoris de quibus in dictis iurib. non talem uim habent in compulſione, ſicut habet ſtatutum illud, quod inſtrumenta Guarantigiata habeant plenam executionem, perinde ac ſi ſententia lata fuiſſet. Tertius ſingularis effectus eſt, † ut moræ 155.
purgatio inter Iudæos locum non habeat. Ita nouiſter inferebat Iaſ. in d. l. ſi inſulam, in iij. notab. Hoc idem dicit in d. l. Et ſi poſt tres. Si quis cautionib. Et ratio eſt, quia iuris rigor ſeruandus eſt inter Iudæos, & non æquitas. Adducit gloſ. notab. in c. 2. in gloſ. fin. Ex. de Iudæ. Et dicit ita fuiſſe conſultum, prout idem aſſerit Feli. in d. c. 2. licet ipſemet uacillet, nec firmet pedes. Hoc dictum nouum ſequitur Zas. ueſter in d. l. ſi inſulam, reſpondendo obiectioni Feli.
† Sed dictum Iaſ. nunquam mihi placuit, nec hodie 156.
receptum eſt à recentioribus, neque Iaſon uidetur bene reſpondere obiectionibus factis per Feli. in d. c. ij. Mouebatur primo Feli. quod Iudæi uiuũt iure Romano,

mano,& capaces ſunt iuris communis. l. Iudæi. ibi: Iure Romano uiuentes. C. de Iudæ. Ergo debent uti beneficio in purganda mora, cum moræ purgatio proueniat à iure Romano. Nec debet induci diffe-rentia inter Iudæos & Chriſtianos, niſi in caſibus expreſsis, ut per Archidiaconum in c. Pagani. 2. q. 7. & per Hoſti. in c. Conſuluit. Ex. de Iudæ. Nec obſtat reſponſio Iaſo. quod ſumus in caſibus ex-preſsè exceptis: quia moræ purgatio competit ex æquitate, contra rigorem iuris: Ergo æquitas eis ſer-uanda non eſt. Quia gloſ. in d. c. 2. non dicit id ad quod Iaſ. adducit. Gloſſæ ſenſus eſt, ut æquitas ſeruanda non ſit Iudæis, quando æquitas non eſſet ſcripta, ſed in genere, ſecus uerò quando æquitas eſt ſcripta in corpore iuris, prout in caſu noſtro, ut patet in d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & in alijs iuribus ſupra adductis, aliàs non eſſent participes Iudæi iu-ris Romani, contra d. l. Iudæi, ubi Iudæi uiuunt iure Romanorum. Secundo mouebatur Feli. quod Iu-dæus poteſt uti præſcriptione contra Chriſtianum, ut gloſ. in c. potero in gloſ. 1. & ibi. Archidia. 16. q. 3. & gloſ. in l. ſi fur. §. 1. in uerbo: Vſucapere. de uſucap. Vbi Imo. Ad iſtud argumentum reſpondebat Iaſ. fa-tendo ꝙ illud erat propter æqualitatem ſeruandam, quæ ſemper ſeruanda eſt in iudicijs. l. fin. C. de fru-ctib. & lit. impenſ. Iſta reſponſio corroborat magis fundamentum Felini. Nam ſicut Chriſtianus poteſt

moram

moram purgare contra Iudæum, eodem modo Iu-
dæus contra Chriſtianum, ut ęqualitas ſeruetur in re-
bus profanis, ſecus in ſpiritualibus. Et ꝓ hac ſenten-
tia contra Iaſ. & ſequaces fa. etiam optime tex. in l.
Nemo exterus. C. de Iudæis, dum dicit, unicuiqꝫ ius
tribuendum eſt. Et ſic tex. uult ſeruari æqualitatem
inter Chriſtianos & Iudæos, quoad iuſticiam, prout
definitur iuſtitia in l. Iuſtitia, de iuſt & iur. Vnicui-
que ius ſuum tribuens, &c. Et hanc ſententiam te-
nuerunt, uti ueriorem & æquiorem Cur. & Rui. in
d. l. ſi inſulam, quam tenendo non obſtat etiam
quod Iudæis iura non debeant adminiſtrari, ſed uti
improbis rigor iuris debeat adminiſtrari. d. l. Bona
fides. Depoſi. quia hoc procedit quoad ſpiritualia,
non autem quo ad profana. Quartus effectus eſſet,
† ut ſi debeat competere morę purgatio, eo quia pro 177.
uenit ex ęquitate, ꝙ de iure Canonico etiam ſi inter-
uenerit iuramentū locum haberet. Quia Ius Canoni
cum nitit̃ æquitate, c. Cū dilect. Ex. de iu. et fa. ad hoc
optime dictum Archid. 1. q. c. Sunt nonnulli, ubi ſin-
gulariter uoluit, ꝙ licet incertitudo rei regulariter
uitiet promiſsionem, l. Ita ſtipulatus. la. grande. De
uerb. oblig. † Tamē de æquitate Canonica oēs con- 178.
tractus ſeu ꝓmiſsiones ualebunt, nō obſtante incer-
titudine, & poterit ſemper agi, ut res redigat̃ ad arbi-
trium boni uiri, arg. l. Cū poſt. §. Gener. de iur. dot.
Archidia. ſequitur Butr. in c. Ex parte. Ex. de deci.

Alex.

Alex. in d. l. Ita ſtipulatus. col. 4. Et aliàs ibi dixi, & ita in his terminis de iuramēto uolebat Rui. in cons. 133. Quia iterum reuocatur, in dicto libro. 1. Et quod de iure Cano. mora quoq; purgari poſsit, uoluit Bal. in l. Qui crimen. C. Qui accuſa. poſs. 12. q. per notata in c. Apud miſericordes. 32. q. 1. & Alex. in l. Si quis maior. C. de tranſact. Licet contrarium uoluerit in d. l. Si in ſulam.

179. Quæſtio noua, an idem eſſet † in aula mercatorum, in qua attenditur ius gentium & æquitas, ut per Bar. in l. fideiuſſor, & in l. Quintus. Mandati. Hanc quæſtionem nouam eſſe aſſerit Iaſ. in cons. 82. Viſis & diligenter, num: 2. lib. 1. Et poſt multa dicit, non faciendam eſſe extenſionem de æquitate Canonica ad aulam mercatorum. Nam licet de æquitate Canonica, diſpoſitio L. Si quis maior. C. de tranſactio. procedat ut pœna purgari poſsit: tamen non facienda eſt extenſio. Quia DD. ſententia in d. l. ſi quis maior, fundatur in tex. in c. ſecundam, ſecundum uerum intellectum Hoſtien. Ex. de pœn.

180. † Sed in tex. in d. c. ſecundam, tunc concurrunt ſpecialia, quæ locum habere non poſſunt in curia mercatorum. Primum eſt, quia ille tex. legitur in foro Canonico. Secundo, ille tex. ſpecialiter legitur in Eccleſia, quæ non debet eſſe prona ad conſequendas pœnas, & ita Ang. & Imo. dicebant in d. l. Si in ſulam, & ante eos uoluit Iacob. de Beluiſo. in §. ſcire, in Auth.

in Auth. De non alienan. Sed quia ſumus in foro ciuili, & non in Canon. & in curia mercatorum, merito non eſt facienda extenſio, cum caſus ſint diuerſi. Et ex diuerſis non debet fieri illatio. L. Papinianus exuli, de minor. l. Naturaliter. §. Nihil commune. De acquir. poſs. His etiam obſtat, quod ſupradictum eſt, quod in curia mercatorum non inſpicitur rigor, ſed æquitas. Illud dictum non ſimpliciter procedit, quod omnis rigor ceſſare debeat in aula mercatorum, ſed duntaxat æquitas iuris, quæ tantum conſideratur, an reo directa uel utilis competat, ſed ea quæ reſpiciunt negotij ueritatem, licet fiant de rigore iuris, tamen attendenda ſunt, & ad hæc optimè fa. quod uoluit Bal. in l. ſi pro eo. col. pen. C. Manda. ubi dicebat, quod licet eſſet ſtatutum in loco, quod in curia mercatorum iudicetur de æquitate, prout plerunque ſolet hoc eſſe in maximis emporijs, ueluti Venetijs, Antuerpiæ, Florentiæ, Genuæ, Romæ, & ſimilibus locis, ubi multa priuilegia conceduntur mercatoribus, quod tamen per d. ſtatutum nō cenſeretur excluſa diſpoſitio iuris communis. Quintus effectus poſſet eſſe, ut moræ purgatio non concedatur † furi, uel improbis perſonis, 182.
per d. l. Bona fides. Depoſiti. Huic obſtaret, ſi quis diceret, quod fur & is qui in mora eſt, æquiparantur, d. l. Inter ſtipulatorem. §. fin. Sed ei qui in mora eſt, conceditur moræ purgatio, ergo & furi & improbis.

P Sed

Sed reſpondetur illam æquiparationem factam inter furem & eum, qui in mora eſt, procedere duntaxat ad illum caſum, uidelicet ad rei periculum, & interitum in odium morantis, ſecus uero quo ad alios caſus, prout eſt moræ purgatio.

Prædicta regula, ut debitoribus moræ purgatio ex æquitate competat, recipit nonnullas declarationes.
182. nes. † Prima & potiſsima eſt in morę purgatione, ut ita demum competat moræ purgatio, quotieſcunque creditoris ius non factum ſit deterius, & ita non interſit creditoris, quia paſſus nõ ſit damnum & detrimentum ex dilatione facta. De hoc eſt tex. in d. l. Etſi poſt tres. Si qs caution. Ad idem eſt tex. in l. ſi ita quis §. ſciri. in fi. Si cert. pet. In l. Sed etſi alia de conſt. pecu. cum plurib. alijs iurib. adductis per gloſ. in d. l. ſi inſulam, in uerb. Non ſim. Et pro hac declaratione ul-
183. tra iura, uiua ratio facit. † Nã moræ purgatio, ut ſæpiſsime dictũ eſt, ex bono & ęquo prouenit, d. l. ſi ſeruum. §. ſequit, & d. l. ſed ſi alia, ibi: æquum eſt. Meritò ſi non nocet parti, & alijs prodeſt concedenda eſt, aliàs ſec⁹, d. l. ij. §. Item Varus. De aq. pluu. arc. in l. ſi periculum, de damno infec. In l. Reſcripto. C. ſi con-
184. tra ius. † Hinc regula eſt, ut quod mihi prodeſt & tibi non nocet, te inuito uti poſsim. l. ſi poſt mortem. §. fin. ubi Bar. De bono. poſs. contra tab. ſecus, ut dictum eſt, in mora, quia tunc non debet competere in alterius pręiudicium, per tex. in l. Nec omnis.

C. de

C.de emancipat.lib.& in l.1.§.Igitur.Et §.ſi quis me-
rito,Ne quid in loco publico,cum plurib. aliis. † Sed 185.
iſta declaratio ab omnibus recepta,ut ita demum cõ-
petat moræ purgatio, ſi non interſit creditoris,quo-
modo intelligenda ſit,neceſſe eſt ſcire:Quia uidetur
dicendum, nunquam habere locum moræ purgatio-
nem,cũ ſemper creditor poſsit prætendere intereſſe
ex nõ ſolutione facta in tempore, uel ex obligatione
facti. Nam ſemper poſſet prætendere intereſſe,cum
in obligationib. factorum ſuccedat obligatio ad in-
tereſſe.l.ſi quis ab alio in fi. De re iud. & l.ſtipulatio-
nes nõ diuiduntur. Vers. Celſus, de uer:ob:Butr. in
d. l.ſi inſulam, dicebat declarari hoc, ut locum ha-
beret,quando ius factum eſt deterius actori.Et idem
dicebat in d. l. Etſi poſt tres. Sed iſta declaratio eadẽ
eſt cum dicto, & ad idem reuertimur, quia creditor
poſſet dicere ius ipſius factum nõ deterius. DD. dif-
ficultatem hanc non declarant,nec in l.Quod te,nec
in d. l. Si inſulam. Hinc autem eſt, quod DD. hoc
non declarauerunt, quia I.C. non tradiderunt do-
ctrinam nec potuerunt, cum intereſſe magis in fa-
cto conſiſtat,quàm in iure.l.Quatenus.De re.iur.ut
idem dicit I.C. in l.fi.de præto. ſtipu. Et ideò dictum
eſt,quod dicaẽ intereſſe creditoris,uel eſſe ius factum
deterius, quod totum hoc remittatur ad arbitrium
iudicis: Et hoc dicit expreſsè I.C. in d. §. ſcio. in fin.
ubi dicebat, qaundo autem dicatur modicum tem-
pus, & quando interſit creditoris, eſſe hoc ad iudicis

cognitionem referendum. Non potuit tradere meliorem doctrinam I. C. quia idem dixerat Imp. in l. Vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. profer. ubi dicebat, quod ſi ſumus in caſibus, qui non habent certam quantitatem, uel certam naturam, tunc iudices per ſubtilitatem quandam indagare debent quantum interſit. Secunda declaratio eſt ad prædi-
186. ctam reg. neceſſaria, †ut moræ purgatio concedatur, non ſolum ſi poſt aliquot dies per debitorem rei ſoluendæ oblatio factæ fuerit, uerum etiam ſi poſt multos dies, dum modo lis non ſit conteſtata, d. l. ſi
187. inſulam. Rationem differentiæ infra ponam. † Et hoc extenditur, ut dicta declaratio procedat etiamſi dies expreſſus fuerit & pœna, quo caſu non ſolet competere moræ purgatio, d. l. Traiectitiæ. §. de illo. De obligat. & action. Et hoc procedit quando quis eſſet pro altero obligatus. Ita dicebat But. quem DD. ſequuntur in d. l. ſi inſulam. & per d. l. ſi ſancimus. C. de fideiuſs. Et differentiæ ratio eſt, quia facilius lex ſuccurrit obligato ex alterius facto, quam proprio: tex. eſt cum Auth. præfata. C. de fideiuſs. Et lex de paucis diebus moræ non admodum curat, ut patet in d. l. Etſi poſt tres, cum alijs, præſertim quando caſus prouenit ex æquitate, ut in caſu noſtro. Si ſumus in iudicialibus, tunc moræ purgandi tempus latius cōceditur, ut in ultima parte dicam. Imo quod plus eſt, etiam poſt litem conteſtatam purgatur mora, ſi

ra, ſi res offeratur, & creditor recipere noluit, non habens iuſtam cauſam recuſandi, d. l. Qui decem. Nam ultima mora nocebit, l. Illud, de pericu. & com mo. rei uend. Tertia declaratio eſt, † & exten- 188.
ditur, ut in pœnis legalibus moræ purgatio admittatur uſque ad ſententiam, ut in l. Hoc edicto. de Public. Quod ſecus eſt in pœnis conuentionalibus, quia duntaxat ad litem conteſtatam admittitur, ut in d. l. ſi inſulam. Nec obſtat ſi quis dicat, quod d. l. ſi inſulam, loquatur de pœna legali, cum loquatur de intereſſe. Nam reſpondetur, quod in d. l. Hoc edicto, eſſet pœna legalis, Tamen tractabatur de lucro captando ratione pœnæ, quia ibi actor hoc prætendebat.

Quoad ultimam partem, † in qua tra- 189.
ctatur, in quibus caſibus moræ purgatio denegatur, eos breuiter enumerabo, quorum ſane multi ſunt, † Regula eſt, ut ſupra dictum eſt, moræ pur- 190.
gationem ex æquitate quadam contra iuris rigorem competere, in d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur, cum alijs iuribus ſupra adductis, à qua regula plures caſus excipiuntur, quos interpretes noſtri in d. l. ſi inſulam, & in d. l. Quod te, & Canon. in c. potuit. Ex. Locati. & recentiores in ſuis moræ compendijs poſuerunt, ſed ſatis obſcurè. † Prima exceptio ſe offert in d. l. 191.
ſi inſulam, ut moræ purgatio concedatur uſque ad iudicium,

dicium, poſt acceptum iudicium denegetur. Ad idem eſt tex. in l. 1. in prin, in uerbo: Habebit, de pœ-nu lega. In l. ſi ita ſtipulatus. De uerb. oblig. cum pluribus alijs iuribus adductis per gloſ. in d. l. ſi in ſu-
192. lam, in uerb. Non ſim. † Quæritur autem à DD. de ratione differentiæ, cur lex ſtatuerit, ut poſt litem conteſtatam moræ purgatio denegetur, non autem ante. Bar. in d. l. ſi in ſulam, in 1. quæſtione reddebat rationem, Hoc contingere, quia poſt litem conte-ſtatam duplex mora contingebat, quæ magis nocet
193. quàm unica, & propterea † inſerebat ad unum, quod notandum eſſet, ſi à DD. reciperetur, ut ſi lis conteſtaretur ante moram, quod etiam poſt li-tem conteſtatam moræ purgatio concederetur ex quo unica mora interueniſſet, & ad hoc adducebat gloſs. in l. ſiue apud acta. in uerb. Vrgere. C. de tranſact. & in l. ſi maior. C. eod. tit. Quas gloſs. ita ſenſiſſe aſſerunt Cyn. & Pet. rationem dictarum gloſs. ſequuntur Ang. Roma. & Caſtr. & pro con-
194. firmatione iſtius rationis Bart. fa. † Nam gemina-ta mora impedit moræ purgationem. d. l. Traiecti-tiæ. §. de illo. de obligat. & action. ſecundum in-tellectum unum Caſtren. Roma. & aliorum in d. l.
195. ſi in ſulam. Ad idem accedit † ut geminata diſpoſi-tio ſemper ſoleat plus operari, quã ſimplex. Ad hoc fa. text. in l. ſi mulier. C. Ad Velleianum, facit di-ctum Bart. in l. ſcimus. C. de agrico. & cenſit. lib. 11.

faciunt

faciunt ea quæ D D. tradunt, duo pacta nuda gemi-nata parere actionem, licet ſimplex pactum nudum non ſoleat parere. l. Iuris gentium. §. Igitur nuda, & in l. Legem, de pact. et facit ad hoc tex. in l. 1. §. ſi debi-tum. De conſtit. pecu. Licet ſecus de iure Canon. c. 1. & ibi DD. Ex. de pact. facit illa uulgata regula, Verba geminata plus operari. l. Baliſta. Ad Trebell. Et in-ſpecta Bar. ratione colligit, ut ſi geminata mora fue-rit, quocunque tempore impedire debeat moræ purga-tionem, prout clarius ipſemet Bar. dicit in d. l. ſi inſu-lam. Contra hanc Bar. rationem inſurgūt DD. Imo. Cuma. Alex. & alij in d. l. ſi inſulam, duplici argumē-to. Primo Cuma. mouetur per d. l. ſi inſulam, ubi non concurrit duplex mora ſuper eodem, ſed ſuper diuerſis. Nam mora erat ſuper facto principali, li-tis conteſtatio ſuper intereſſe, ergo unica mora & non duplex. Iaſ. defendendo Bart. rationem di-cebat, quod intereſſe cenſeretur idem cum ipſo fa-cto, gloſ. magna ad finem, in l. ſi quis pro eo. de fi-deiuſ. Vbi ſi principalis ſit obligatus ad factum, fideiuſſor ad intereſſe, non dicitur intercedere in re diuerſa, quia tunc non ualeret fideiuſsio. Licet Iaſ. nihil adducat eſt text. in l. Græcè. §. Stichum, de fi-deiuſ. Iſta Iaſ. defenſio Bartolum non tuetur. Nam licet idem ſit, tamen ex diuerſis fontibus oriuntur: quia factum uenit ex conuentione hominis, inter-eſſe ex legis diſpoſitione, quia intereſſe non ineſt

obliga-

obligationi, ſed factum d. l. Stipulationes non diui-duntur. Vers. Celſus. & in l. ſi quis ab alio, in fin. de re iud. Secundò mouebantur prędicti ratione. Nam ſi habetur ratio ad Bar. rationem, ſequeretur abſur-dum, ut ſi ante litem conteſtatam interuenirent plu-res interpellationes, quia debitor fuiſſet pluries inter pellatus per creditorem, non poſſet mora purgari, quod eſt contra generalitatem tex. in d. l. ſi inſulam, & in d. l. 1. in prin. De pen. lega. In quib. iuribus di-citur, quod ita demum moræ purgatio conceditur, ſi lis non fuerit conteſtata: Iaſon defendendo Bar. & ſequaces, reſpondebat uerum eſſe, ut mora non poſſet purgari. Quia geminata interpellatio impe-dit moræ purgationem, ut Bar. dicit in d. l. ſi inſulam. in fin. Iſta reſponſio non ponit rationem rationis, nec in ſe uera eſt, ut infra dicam. Propterea DD. aliã
196. ſecundam rationem tradebant, † quod per litis cõ-teſtationem quaſi contrahatur. Ergo non poſſunt partes amplius recedere, l. ſicut, cum uulga. C. De oblig. & action. Sed iſta ratio non procedit, quia ſi prius non præceſsiſſet mora, licet interueniſſet litis conteſtatio, mora poſſet purgari, inſpecta ratione Bar. in d. L. Quod te. Et ſic litis conteſtatio ſolum
197. operatur. Tertio ratio à Iaſ. tradebatur. † Nam mora iudicialis, quæ contrahitur per litis conteſta-tionem, magis aggrauat debitorem propter dupli-cem contemptum iudicis & partis. Et pro hac ra-tione

tione adduci poſſent ea, quæ Domini Rotæ uolue⸗
runt in deciſ. 14. De attentatis, in antiquo, quod ma⸗
gis puniendus ſit ſpolians & attentans ſimul, quàm
ſimplex ſpolians. Adducunt prædicti rationẽ diffe⸗
rentiæ. Nam qui ſpoliat & attentat pendente iudi⸗
cio, magis delinquit, quia ledit iudicem & partem.
Sed iſta ratio non probat. Quia imo per litis conte⸗
ſtationem iurisdictio iudicis confirmatur, cum ante
litem conteſtatam exceptio fori declinatoria oppo⸗
ni poſsit. † Aliam rationem poſuit Caſtren. in d. l. 198.
ſi inſulam, quam Alex. ibi ſequebatur, quod ideò lite
conteſtata mora non poſsit purgari, ut in prædictis
iuribus, quia per litis conteſtationem efficitur ius
actoris deterius. l. ſi poſt, de procurat. L. Aliam. De
nouat. Ideò &c. Quæ ratio ceſſat ante litem conte⸗
ſtatam. Sed nec iſta ratio procedit, ut quoq; aduer⸗
tunt recentiores. Nam iſta ratio exigua eſt, quia ſe⸗
queretur ea inſpecta, quod ubi eſſet adiecta dies &
pœna, ibi poſt longum tempus poſſet mora purgari
uſq; ad litis conteſtationem, ex quo ius non eſſet ef⸗
fectum firmum ante litem conteſtatam, quod falſum
eſt, & cõtra tex. in d. l. Etſi poſt tres. Si quis caution.
Ad idem eſt bonus tex. in l. ſi ita quis. §. Seia. in fin.
De uerb. obli. Item damnatur iſta Caſtr. ratio. Quia
ea inſpecta ſequeretur quoq; abſurdum, ut ante li⸗
tem conteſtatam non poſſet conſiderari ius actoris
deterius, quod tamen eſt falſum, ut in d. l. Etſi poſt

tres, & in d. §. Seia. in fin. In quibus iuribus ante litem conteſtatam, probatur ius actoris effici poſſe deterius. Et propterea DD. de ratione differentiæ dubitantes recurrebant ad illam L. uulgarem. Non omnium. de legib. quod remedium eſt miſerorum.
199. † Nec ille text. intelligitur, prout à pluribus adducitur, quaſi I.C. abſq; ratione moti fuerint, cum nos rationem aſsignare nō poſſumus: Iſte enim intellectus abſonus eſt, uelle redarguere præſtantiſsimos I. C. quod abſq; ratione locuti fuerint. Sed ſenſus eſt, nos neſcire pro certo, quæ ratio magis in indiuiduo fuerit,
200. prout pluries declaraui. l. non omnium, de legi. † Ego autem circa has difficultates alias in d. l. ſi inſulam, adducebam nouam rationem, & ſatis probabilem, quod ideo lex ſtatuerit, ut poſt litem conteſtatam mora non poſsit purgari, non ob aliam rationem, quam quod nihil aliud eſt litis cōteſtatio, quam crediti & debiti concertatio per negatiuam & affirmatiuam, quo caſu iudex incipit habere negocij cognitionem, ut in l. Vnica. C. de lit. conteſtat. Et quia fiunt ingentes impenſæ antequam deueniatur ad litis conteſtationem, ut interdum contingat,
201 quod lis non conteſtetur infra triennium, decennium & ut Iaſ. dicit, in d. l. ſi inſulam, quandoque in ſpacio centum annorum, prout alias dicit ſe habuiſſe in facto: Propterea ius actoris eſt factum deterius,

terius, cum propter litis impenſas, tum etiam,quia ius pendet in dubio, merito moræ purgatio deneganda eſt poſt litem conteſtatam: quia,ut dictum eſt, denegatur moræ purgatio ſi ius actoris factum fuerit deterius, Vt patet in d. l. Etſi poſt tres. & in d. §. Scia. in fin. & iſta ratio, ut dixi, probabilis eſt, quod propter hanc rationem lex denegauerit moræ purgationem propter creditoris intereſſe, quia tunc deterius factum erat quo ad cauſam. Item propter ingentes impenſas litis, ideò in odium eius, qui maluit litigare, quàm ſoluere uel ſatisfacere, lex hoc ſtatuit, ut ſentit, text. in L. Nemo rem ſuam. §. 1. de uerb. oblig. In caſu Bart. inferebat, ut ſi mora non præceſsiſſet litis conteſtationem, tunc poſſet purgari. Singularis & notabilis limitatio eſſet, ſed à DD. improbatur, ut patet per alios, Iaſ. & DD. in d. l. ſi maior. & in d. l. ſi inſulam. Nam nimia eſſet reſtrictio ad L. ſi inſulam, quæ generaliter uult poſt iudicium acceptum non competere moræ purgationem. Item eſſet contra text. in d. L. 1. in prin. de pen. lega. ubi dicit, hæredem per oblationē poſſe purgare moram, ſi lis non fuerit cōteſtata. Et omnis æquitas ceſſare uidetur ſi quis uoluerit negare debitum, et poſt modum moram purgare, ut ſentire uidetͬ tex. d. l. Nemo. §. 1. ibi, Moram traxit cū maluit litigare, quàm rem reſtituere. Item iſte primus caſus, quod non poſsit mora purgari poſt litem

conteſtatam intelligendus eſt, † modicum interuallum interuenerit poſt moram, aliás ſi longum interuallum interuenerit ante litem conteſtationem, tunc non poſſet mora purgari, & ita iura quæ concedunt moræ purgationem uſq; ad litem conteſtatam intelligenda ſunt, quia, ut ſupra dictum eſt, poteſt durare litis conteſtatio per multum temporis, & longum interuallum, ita Bart. dicebat in d. §. Seia. Sed iſta quoq; declaratio Bar. à DD. damnat̃, quia maxima eſſet reſtrictio ad d. l. ſi inſulam, & ad d. l. 1. de pen. lega. quæ generaliter loquuntur, ut uſq; ad litem conteſtatam moræ purgatio concedatur, nec diſtinguunt an longum tempus uel modicum interuenerit: quia tunc concurrit ratio Bart. uel noſtra, quod per litis conteſtationem ius factum ſit deterius propter plures cauſas, propter impenſas factas, propter ualorem rerum & multa onera, quæ patitur
202. creditor, &c. Secundus caſus eſſet, † ſi creditoris intereſſet, d. l. Etſi poſt tres. & d. §. Seia. in fin. ſed quia de his ſupra ſatis dictum eſt, propterea non repetam. Tertius caſus ſit in quo mora purgari non
203. poſſit, quãdo interueniret geminata mora, † Ita Bar. hoc expreſsè ſentit in d. l. ſi inſulam, tradendo rationem, de qua ſupra dictum fuit, quod optimè comprobatur per tex. in d. l. Traiectitiæ. §. de illo, ſecundum intellectum Ang. Roma. & Alex. & ratio ſit, quia duplex mora magis aggrauat, & maiori contumelia

melia afficitur creditor, ut pietatis ratio, qua lex mo-
uetur ad inducendam moræ purgationem, ceſſare
uideatur. Circa hanc exceptionem uidendum erit, † 204.
quomodo geminata mora conſiderari poſsit. Certè
ſi conſideratur multiplex mora propter frequentes
& plures interpellationes, hoc nõ poteſt procedere.
Nam licet qs ſæpiſsime ſit interpellatus, non propte-
rea ei denegatur moræ purgatio. Hoc probat text.
in d. l. Aemilius. De minor. de cuius intellectu ſu-
pra ſatis diſputatum fuit, ubi præſupponit tex. plures
interueniſſe interpellationes, ut patet ibi: denuncia-
tionibus, & tamen conceditur moræ purgatio. Hoc
idem probat tex. in d. l. Qui Romę. §. Cohęredes, ubi
quoq; præſupponit plures interueniſſe interpella-
tiones, ut patet ibi, ſæpius teſtamento, propterea de-
beret denegari moræ purgatio, cuius tamen contra-
rium præſupponere uidetur text. Accedit quoq;, ut
ſuperius concluſum fuit, unicam & non plures in-
terpellationes neceſſarias eſſe ad debitorem conſti-
tuendũ in mora. Quartus caſus eſt, ſi acceſſerit † iu- 205.
ramentum, quia tunc non daretur morę purgatio,
Ioh. Andr. in d. c. Breui. Ex. de iureiurando, ut ſu-
pra quoq; dixi. Et plurimũ facit pro hac exceptione.
Nam iuramentum habet uim litis conteſtatæ, Bar. in
L. Nam poſtea. §. ſi is qui temporali, de iureiurand.
Sed poſt litem conteſtatam, ut dictum eſt, non com
petit moræ purgatio, d. l. ſi inſulam, & alijs iuribus:

ergo eodem modo per iuramentum. Item iuramentum habet uim actus geminati, ſed quãdo geminatus eſt actus, non competit moræ purgatio, ergo &c. Licet iſta ratio non admodum procedere uideatur, ut
206. proxime dictum fuit. Accedit quoq; † q quando in aliquo actu interuenit iuramentum, quis preciſè cõpellitur ad faciendum, & non ſuccedit obligatio ad intereſſe, prout cõmuniter ſuccedere ſolet in oblig. factorum. d. l. ſi quis ab alio. in fi. de reiudic. & in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. Ita Roma. Alex. & Iaſ. & DD. communiter dicunt in d. l. Stipulationes non diuiduntur, per gloſs. ſing. in l. ſi pecuniam. in uerbo: Neceſſe. De cond. ob caus. Hinc uſurpatur & in communi uſu & ſtylo notariorum, ut in omnibus contractib. apponatur iuramentum,
207. quo caſu mora non purgaretur. † Et ex his ſequitur optimum cõſilium, ut in obligatione conuentionali ſemper apponatur iuramentũ, & ſanè apud nos ferè nullum eſt inſtrumentum, quin ſemper apponat iuramentum, q non commẽdo nec laudo, ut propter minimas res addatur iuramentum, cum Saluator noſter ſuis Apoſtolis mandauerit, ut non iurarent, id eſt, ſecundum unum Theologorum ſenſum, non eſſent faciles ad iurandum, non autem quod omnino prohibuerit iuramentum. Et ita Germani obſeruant, qui propter minimas res non ſolent iurare.
208. † Quintus caſus eſt, in quo moræ purgatio dene-

negatur, uidelicet quando in contractibus conuentionalibus eſt dies & pœna expreſſa, quia tunc prorſus moræ purgatio denegatur. Ita Bart. poſt Dyn. in d. l. ſi inſulam, in tertia oppoſit. Hoc ante ipſos uoluit gloſſa in d. l. Etſi poſt tres. Hoc idem Odofre. uoluit, & ita Bart. ſententia communiter à DD. recipitur, ut patet in d. l. ſi inſulam, per Alex. & Iaſ. ibi. Contrariam ſententiam uoluit Petr. de Bel. Pert. in d. l. ſi inſulam, & in d. l. Etſi poſt tres. Cuius ſententiam ſecutus fuit And. de Piſis. Ang. Roma. Fulgo. Beſutius, & plures alij, quos referunt Alex. & Iaſ. ibi. Iſte eſt articulus dubius & diſputabilis, & iura pro utraque parte adducuntur.
† Pro ſententia gloſs. Bart. Dyn. & aliorum, ac 209.
communi ſententia adducuntur potiſsimum tria iura. Primò fundatur prædicta communis ſententia in dict. leg. Traiectitiæ. §. de illo. &c. Secundo d. leg. Magnam. C. de contrah. & committ. ſtipulat. Tertio in l. 1. Vers. Niſi forte. De pen. lega. Petrus uerò cum ſequacibus facit fundamentum in dict. leg. Etſi poſt tres. ubi uidetur caſus eſſe pro eadem ſententia. Vt clarius appareat iſta diſputatio diſcutienda erunt iura adducta per utramque partem.

† Pro ſententia Bart. ut dixi, adducitur tex. in d. 210.
l. Traiectitiæ. §. Illo. ubi expreſsè denegatur moræ purgatio. DD. tenentes contrariam ſententiam

reſpondent pluribus modis ád illum tex. Et primum fuit reſponſum Petri, quod ille tex. loquatur quando erat pœna appoſita, quæ poterat ſimul exigi cum pa-cto, ſcilicet uſura & intereſſe, ut in toto tit. C. & ff. De uſur. Secus ubi tantum pœna, & non ſors exigi poſſet. Et pro hac reſponſione fa. tex. in L. Reſcri-ptum. §. ſi pacto. De pact. ubi quis non poteſt ſolue-re ſortem & pœnam, niſi dictum fuerit, Rato ma-nente pacto, ut infra dicã per l. Qui fidem. De tranſ-act. Et cum hac reſponſione pertranſit Salyce. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & Signarolus in d. l. ſi inſulam. Sed iſta reſponſio non recipitur, nec fir-ma eſt, mutat factum, & non ponit diuerſitatem. Ideó aliæ plures dantur reſponſiones ad illum text. ut per recentiores patet, in d. l. ſi inſulam, principa-liores referam reiectis alijs. Secunda erat reſponſio Alex. Ang. Roma. quod ideó illud ibi ſit, ut mora non purgetur, quia pœna ibi erat adiecta loco parti-cularis intereſſe, cauſa operarum ſerui, ut in prin. tex. dicitur, Ideó cum ſit intereſſe, meritó ius deterius fa-ctum eſt, & ſic non poteſt mora purgari, ut ſupra di-ctum eſt. Sed iſta reſponſio, ut aduertit Crot. in d. l. Si inſulam, & bene, tollitur per exempla duo ibi tra-dita per l. C. de pœna adiecta ab arbitro. & d. l. Com-miſſori. ex quib. apparet dictum eſſe generale. Ter-tia fuit reſponſio Ang. Roma. & Alex. quod ibi in-teruenerat geminata purgatio, id eſt, mora, quo caſu

non

non admittitur moræ purgatio, ut Bar. in d.l. ſi inſu-
lam, & ponderatur ibi tex. interpellatus, ergo ſequi-
tur, ut ſi tantum diei curſus eſſet, & non interueni-
ret interpellatio, purgaretur mora: hanc reſponſio-
nem ſequitur Iaſ. in d. L. ſi inſulam. Et iſta reſpon-
ſio melior uidetur eſſe inter omnes reſponſiones
traditas à DD. contra communem. † Secundo pro 211.
hac ſententia adducitur text. in d. l. magnam. C. de
contrah. & committ. ſtip. qui text. ſecundum Bal. in
d.l. Etſi poſt tres. & per Alex. & Iaſ. tribus modis in-
ducitur. Primo inducitur inſpecta Imperatoris ratio-
ne, dum refert ueterss dubitaſſe, ſed non poterat eſſe
alia dubitatio, quam quando dies eſſet expreſſus &
pœna, debuiſſet moræ purgatio concedi. Nam non
erat dubium, quin dies non interpellet pro homine:
quia hoc erat prius deciſum in d.l. ſi mora. Solut. ma-
tri. Sed iſta inductio nõ probat; quia expreſsè appa-
ret de quo erat dubium, ut in fine legis dicit̃, uidelicet
quod interuenire debet interpellatio, licet dies eſſet
expreſſus, cuius contrarium deciditur ibi, ut ſufficiat
dies expreſſus. Secunda fuit inductio dum tex. ibi di-
cit, fiat obnoxius ex tenore ſtipulationis. Illa uerba
denotant moram commiſſam nõ poſſe purgari ine-
uitabiliter. Sed iſta quoq; ſecunda inductio non pro
bat. Nam text. tantum loquitur an mora committa-
tur, ſed utrum poſsit mora purgari, nec ne, text. nihil
dicit, ſed obnoxius dicitur debitor propter moram

commiſſam. Tertia erat inductio, dum text. dicit, non poſſe debitorem ad euitandam pœnam ſe excuſare, quia nullus eum admonuerit: quæ uerba uidentur denotare omnino moram purgari nō poſſe, quia euitaretur pœna. Et iſta tertia inductio magis urget, ſed reſpondetur quod tex. ibi loquitur quo ad pœnæ commiſsionem, exceptionē apponi non poſſe, quia non fuerat interpellatus, quod de rigore iuris mora erat commiſſa ineuitabiliter, ſed de æquitate bene poterat purgari per exceptionem d. l. ſed etſi alia. De conſt. pecu. & ita probatur iſtum text. quoque nullo modo probare ſententiam Bart. & communem.
212. † Tertio pro ſententia communi adducitur text. in l. 1. ibi: niſi forte aliud tempus. De pen. lega. ubi probatur, quod licet ante litem conteſtatam mora poſsit purgari, d. l. ſi inſulam, tamen ubi eſt tempus expreſſum & pœna, non datur moræ purgatio, & iſte text. melius probare uidetur ſententiam Bart. Sed tenendo contrarium reſponderi poteſt, ut per Alex. poſt Ang. in d. l. ſi inſulam, illum text. loqui in ultimis uoluntatibus, quæ facile executioni mandantur, l. 2. C. Commu. de lega. Sed iſta reſpoſio non uidetur procedere, quod l. C. ibi in illis uerbis: niſi forte, ut ſiue ſit dies expreſſa, ſiue tacita, mora non poſsit purgari, ibi uerbis ſcilicet expreſsis mente, id eſt, tacitè. Et hoc eſt ſpeciale in ultimis uoluntatibus. Quia in contractibus, dies tacita

cita & pœna non impediunt moræ purgationem, ut patet in l. ſi cum dies. §. fin. de arbit. Et ſic repe-rio Rui. dixiſſe, hoc idem Bart. ſentit in dict. leg. ſi inſulam. Sed nec iſta reſponſio tollit reſponſio-nem Ang. & Alex. Nam ſpeciale eſt in ultimis uo-luntatibus, ut ſiue ex mente, ſiue ex uerbis conſtet moram purgari non poſſe; ergo apparet ſpeciale eſ-ſe in ultimis uoluntatibus. Et in effectu Bart. & DD. in d. l. ſi inſulam, prout infra dicam, ponunt d. l. 1. de pen. lega. inter caſus ſpeciales, in quibus non habet locum, id quod ſupradictum eſt: Nec mirum eſt, ſi hoc ſpeciale ſit in ultimis uoluntatibus, quia uidemus, licet in obligationibus factorum ſuc-cedat obligatio ad intereſſe, d. l. ſi quis ab alio, in fin. & leg. ſtipulationes non diuiduntur, † tamen fa-uore ultimarum uoluntatum quis preciſè compel-litur, ut eſt text. in l. fideicommiſſo. §. fin. de lega. iij. & per illum text. uoluit Bart. in dict. leg. Stipu-lationes non diuiduntur in 2. quæſtione, quem ſe-quuntur ibi Ang. Imo. Alex. Iaſ. Quicquid in con-trarium uoluerit Roma. Et rationes ſpecialitatis plu-res adduci poſſunt, † cur in ultimis uoluntatib. hoc fiat, ut in d. l. 1. de pen. leg. ut mora purgari non poſ-ſit, inter quas rationes potiſsima eſt, quod teſtatoris uoluntas dicitur Lex. §. Diſponat. In Authen. De nupt. Sed in pœnis legalibus, mora non purgatur, ut infra dicam. Secunda eſt fauore ultimæ uolun-

213.
214.

R 2 tatis,

tatis, ne ultimæ uoluntates ſint in ſuſpenſo, ſi mora purgaretur contra l. fin. Commu. præd. Item quia executio fit à lege, ſi quis non paruerit teſtatoris uoluntati, ut in Authen. Hoc amplius. C. de fideicom. Sed quando facta eſt executio, ſiue ab homine, ſiue à lege, moræ purgatio denegatur. Quarto adducitur tex. in l. ij. C. de iur. emphyt. ubi eſt dies & pœna, & text. dicit ibi. Omnino cadat. † Ergo moræ
215. purgatio denegatur, quando lex utitur iſtis uerbis: Omnino & omnimodo, ut patet in l. Vbi autem nõ apparet. §. fin. De uerb. oblig. Ang. Imo. Alex. & alij reſpondent ad iſtum tex. quod ille tex. loquitur in pœna & die legali, non autem loquitur in pœna & die conuentionali; Sed regula prædicta, ut moræ purgatio detur, procedit in pœnis conuentionalibus, non in legalibus, ut ibi. Et ad hoc Alex. adducebat gloſs. in c. ſi Canon. Ex. de elect. in VI. Iaſon dicit iſtam reſponſionem non procedere, quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine. l. Celſus, cum l. ſequenti. de arbitr. Placet mihi prædictorum reſponſio, ut ibi ſit pœna legalis. Hinc non datur moræ purgatio, quia pœna legalis trahit ſecum executionem, ideo moræ purgatio denegatur, unde Iaſ. dicebat, quod ideò illud procedit, ſi dominus declarauerit emphyteutam cecidiſſe ab canonis non ſolutionem, prout gloſs. ſenticbat in d. l. ij. Et eſt text. in §. Scire, in uerb. Volentibus præpoſitis, in Auth.

De

De non aliena, ſeu pro. &c. Sed iſta reſponſio nulla eſt, & ualde debilis, quia etiam in pœna conuentionali mora purgari poſſet uolente creditore. Nam cum moræ purgatio ex quadam æquitate introducta ſit, d. §. ſequitur, cum alijs, ideo debitor renunciare poteſt. d. l. ſi quis in conſcribendo, cũ uulg. C. de pact. Pro hac ſententia communi Iaſ. in d. l. ſi inſulam, ultra iura adducta adducebat duas rationes, per quas uolebat probare communem DD. ſententiam, quod ubi eſt dies expreſſus, & pœna, moræ purgatio denegetur: Verum quia non urgent, ut DD. omnes recentiores dicunt, ideò eas omittam. Et hæc ſunt potiſsima fundamenta pro ſententia Bart. & communi. Pro ſententia Petri & aliorum inter cætera adducitur text. † in d. l. Etſi poſt tres. Si quis caut. ubi eſt dies & pœna, & tamen mora purgatur. 216.
Ad illum text. reſpondet gloſ. Bar. & alij, in d. l. Etſi poſt tres. & in d. l. ſi inſulam, illum text. loqui in prætorijs ſtipulationibus, & non in conuentionalibus. Nam facilius admittitur moræ purgatio in prætorijs iudicijs, quam in alijs caſibus, & eodem modo Bar. & DD. reſpondent ad d. l. ſancimus. C. de fideiuſſor. ubi quoque eſt dies & pœna, & tamen admittitur moræ purgatio, quod ille tex. eodem modo loquatur in prætorijs ſtipulationibus. † Et ratio differentiæ ponitur per Bart. & alios in d. l. ſi inſulam, 217.
quia maior uerſatur æquitas in prætorijs ſtipulatio-

 nibus,

nibus, quam in conuentionalibus. In ueritate iſte articul⁹ eſt ualde ſubtilis & diſputabilis, & utriuſq; partis iura adducta facile tolli poſſunt, ut ex ſupra dictis
218. ſatis conſtat, & latè per DD. in d.l. Si inſulam. † Ego autem in hoc difficilimo articulo alias conabar recõciliare DD. ſententias diſtinguendo ſic: Aut moræ purgatio conſideratur ſimpliciter & abſolutè uſque ad litem conteſtatam: Aut poſt aliquot dies. Primo caſu procedat ſententia Petri & aliorum, moram poſſe purgari poſt aliquot dies ante litem conteſtatam, & ſic infra modicum tempus, & ita procedat text. in dict. leg. Etſi poſt tres, ubi caſus in quo textu Petrus faciebat potiſsimum fundamentum, qui text. licet loquatur in iudicijs prætorijs, tamen eadem ratio uidetur eſſe, ut licet ſit dies expreſſus & pœna, tamen mora purgari poſsit infra modicum tempus. Et hoc probatur quoque in alijs iuribus, ut patet in l. ſi ita quis. §. Seia. in fin. & in l. Sed etſi
219. alia. De conſtit. pecu. † in quibus iuribus probatur, etiam poſt moram commiſſam infra modicum tempus non denegari moræ purgationem. Et pro hac ſententia quoque eſt text. in dict. leg. Traiectitiæ. §. de illo, ubi dicitur, modicum tempus datum uideri. Facit etiam text. pro hac concordia in c. potuit. Ex. Locati, ubi eſt dies expreſſus & pœna, & tamen infra modicum tempus mora purgatur. Si ſumus in ſecundo caſu, non poteſt concedi morę purgatio

gatio poſt longum tempus etiam ante litem conteſtatam, quando eſt dies expreſſus & pœna. Et hoc modo differentia ſit, quia ubi non eſt dies expreſſus & pœna, mora ſemper purgari poteſt uſque ad litem conteſtatam, d. l. ſi inſulam, & dict. leg. 1. de pen. leg. quod ſecus eſt ubi eſt dies expreſſus & pœna: quia poſt longum tempus non permittitur moræ purgatio: ſed quando modicum & longum tempus dicatur, licet text. in dict. leg. Etſi poſt tres, uideatur aliquo modo declarare, ſicut & in d. l. Sed ſi alia: † ta- 220
men hoc totum debet eſſe arbitrarium, & ad iudicis arbitrium referri, prout expreſsè text. dicit de utroque tam de creditoris intereſſe, quam de modico tempore, in d. §. Scia. ibi: Omne ad iudicis cognitionem &c. Nec potuit melius ſentire tex. quàm remittere hoc ad iudicis cognitionem. † Et prædi- 221
cta procedant quando eſſet facta promiſsio in perſona propria, ſecus ſi pro alieno facto interceſsiſſet promiſsio, quia ſi eſſet expreſſus dies & pœna, tunc moræ purgandæ tempus pro facto alieno largius concederetur, ut patet in d. l. ſancimus. C. de fideiuſs. ubi tempus præfixum à partibus duplicatur. Differentiæ ratio ſit, quod maior æquitas uerſatur in mora purganda ex alieno facto, quàm proprio, prout ex DD. auctoritate comprobari poteſt. Et primò auctoritate Bar. in d. l. Etſi poſt tres. ubi Bar. dicit poſt gloſ. quod ideo datur longum tempus ad

pur-

purgandam moram pro facto alieno, quia facilius lex prouidet.l. legem.C. de natur.liber. Accedit etiam Salyc.dictum in l.ſemel mora.Solut.matri. quod mora principalis grauior eſt, quam fideiuſſoris mo-
222. ra, ut not. in l. Mora. ſolut. matrim. † Et hæc eſt tutior & uerior reſponſio, quam Bar. & cæterorum ad d. l. ſancimus, quod ibi ſimus in prætorijs ſtipulationibus, ſed quia ſumus in facto alieno. Nam dicere hoc ſpeciale eſt in prætorijs ſtipulationibus, ut alias dictum eſt, eſt remedium miſerorum, ut nota. in l.filium quem. C. famil. herciſcun. Et in l. Vnica.
223. C. Quan. non peten. part. pet. accreſ. † Præſuppoſita tamen Bart. ſententia & communi, quod mora non poſsit purgari, quando dies eſt expreſſus & pœna, limitatur nonnullis modis: Duas limitationes
224. poſuit Bar. in d. l. ſi inſulam. † Prima eſt in contractibus bonæ fidei, in quibus admittitur moræ purgatio, licet ſit dies & pœna. Ita Bal. in l. ſi cum alleгas. in 6. opp. C. de uſur. Aret: in d. §. ſequitur. Caſtr. in d.l.ſi inſulam, per tex. in l.Lucius. De actio. emp. Contra tenent Imo. Roma. Alex. in d. l. ſi inſulam, & late idem Alex. in cons. 106. Magnifice prætor. lib. 3. per rationem, de qua per eos, & reſpondent ad d. L. Lucius. Iaſ. quoque aliam reſponſionem ponebat ad d. l. Lucius. ut illud ibi procedat, quod mora purgari poſsit, quia pro parte contractus fuit impletus; quæ reſponſio fuit prius Ang. in d. §.

Scia.

quia pro parte contractus fuit impletus; quę reſponſio fuit prius Ang. in d. §. ſeia. Hanc limitationem ſequitur Crot. in d. l. ſi inſulam, num: 30. qui pluribus mouetur, † Primò quia facultas purgandi moram competit ex æquitate, d. §. ſequitur, cum alijs. 225.
Sed in contractibus bonæ fidei plurimum bona fides operatur, & inſpicitur magis, quàm in contractibus ſtricti iuris, per l. Quia tantundem. De negot. geſt. & in d. l. Bona fides. Depoſi. † Sed parum hoc probat, quia ſi pœna eſt appoſita, mora non debet purgari, cum æquitas naturalis dictet, ut ſeruentur ea, de quibus partes conueniunt. l. 1, de pact. L. 1, de conſt. pecu. cum ſimilib. Necꝙ obſtat ſecundum ſimile, quia in contractibus bonæ fidei citius currunt uſuræ, quàm in contractibus ſtricti iuris. d. l. Moræ, §. Bonæ fidei, & d. l. Videamus. §. ſi actionem, & d. l. Cum fundus. Si cert. peta. Quia cum pœna committitur hominis diſpoſitione, & non legis, ideò hoc non ſequitur, arg. d. l. Celſus. De arbor. Et cum legem non habeamus expreſſam, non eſt facienda differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris. 226.
Secunda eſt limitatio, † quando dies eſt expreſſa incerta, uidelicet ſi dictum fuerit, promitto ſub pœna, quod Titius ratum habebit, quando erit legitimæ ætatis. Ita Bal. & Salyc. in d. l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & Alex. in d. l. ſi inſulam, idem expreſſè uoluit Bart. ibi & in l. Ita ſtipulatus. la. grande in 3. quæſt. De uerb. oblig. ubi ponit rationem, & hæc 227.

S limi-

limitatio communiter recipitur, ut Alex. dicit in leg.
228. Quoties. in diem. De uerb. oblig. † Et ratio uiua eſt ultra eas, quæ adducuntur à DD. Nam cum dies ſit incerta, uel conditionis euentus ſpectari debeat, neceſſaria eſt extraiudicialis interpellatio, cum ceſſet ratio, de qua in d. l. Magnam in fin. quod ubi eſt dies certus, debitor nõ eſt admonendus, ꝙ ſecus eſt, quando dies eſt incerta: quia tunc debitor eſt admonendus ad hoc, ut conſtituatur in mora, nec imputari poteſt debitori propter diei incertitudinem, uel condi-
229. tionis euentum. † Tertia eſt limitatio de qua etiam Bar. in d. l. ſi inſulam, ut communis ſententia procedat in ſtipulationibus conuentionalibus, ſecus uero in prætorijs. Et hoc dicit Bar. reſpondendo ad tex. in d. l. Et ſi poſt tres, in quo Petr. & alij aduerſarij faciebant fundamentum. Nec dicatur, ꝙ in d. l. Et ſi poſt tres. non ſit expreſſa pœna, ut quidam dicebant, quia hoc de neceſsitate præſupponendum eſt, & Bar. hoc
230. non negat & alij ſequaces. Quarta eſt limitatio, † quando dies adiectus eſſet gratia multiplicãdæ obligationis, ita Bar. dicit in d. l. ſi inſulã, per tex. in d. l. 1. de pen. lega. Nam tunc dies expreſſus non impedit moræ purgationẽ, ſecus in contractibus, in quibus dies adiectus eſt gratia differendæ ſolutionis, ut in
231. d. l. ij. in uerſ. Omnimodo. C. de iur. emphyteut. † Sed clarius dicendum eſt, quod iſta limitatio procedit in ultimis uoluntatibus, & hoc ſpeciale ſit, prout ſupra DD. tenentes contrariam ſententiam reſpondebant

debant ad d. tex. in l. 1. de pen. lega. Et ita Bart. uidetur in hoc conuenire cum aliis, circa intellectum d. l. 1. Nec in hoc differentia eſt inter ipſum & Petr. atque ſequaces. Solus Aret. diſſentit ab iſto intellectu, quem Crot. ſequitur in d. l. ſi inſulam, dicens hoc non probari in d. l. 1. quia I. C. ibi in prin. dicit de purgatione moræ, & primus §. loquitur de annuo legato: ſed errant prædicti DD. quia ibi probatur in uers. Niſi forte, uel ex mente, uel ex uerbis, ſpeciale eſſe in ultimis uoluntatibus.

Quinta eſt limitatio quando contrahentes conuenerint, ut ante aliquod dies fiat ſignificatio, quod ſolet ſæpiſsime inter mercatores contingere, ita Ang. in L. Ita ſtipulatus la. grande, in prima gloſſa, de uerb. obligat. & ratio eſt, quia uidentur partes recedere ab illo die expreſſo & perinde eſſe, ac ſi dies non eſſet expreſſus, & cum Angeli ſententia per‑tranſit Caſtren. ibi. Contrarium autem uoluerunt Imola in d. l. Ita ſtipulatus, Alex. in dicta lege, ſi inſulam, in ſexta limitatione ad prædictam quæſtionem. Placet mihi ſententia Angeli, ut moræ purgatio concedatur illo caſu, & hoc idem ſentit Socinus Iunior, in dicta lege. Ita ſtipulatus, num. 58. ea ratione, quia illa uerba appoſita fuerũt in promiſsoris fauorem & utilitatẽ, ut ante aliquot dies debeat eidem ſignificare ad hunc finẽ, ut præmonitus poſsit melius eſſe paratus ad ſolutionem, et ſic termin⁹ expreſſus ſit

immutatus, & de certo redditus ſit incertus. Socinus in præallegato loco circa prædicta plures caſus diſtinguit, ut ibi per eum, ſed quantum ad hanc limitationem facit, quia ceſſare uidetur ratio. d. L. Magnam C. de contr. & com. ſtipul. ubi dicitur, diem interpellare pro homine, quia iſto caſu debitor propter prædictam ſignificationem, faciendum uidetur obliuioni tradidiſſe primum terminum prædeſtinatum, & exſpectare diem ſignificationis à creditore. Item quia cum ſimus inter mercatores, inter quos nõ ſeruatur rigor iuris, ſed ex bono & æquo agitur, ut Bar. dicit in L. Quintus, & in L. ſi fideiuſſor. §. Quędam, Mandati, ideo debet concedi moræ purgatio, quæ ut ſæpiſsimè dictum eſt, ex æquitate conceditur. d. L. ſeruum. §. ſequitur, d. L. ſed & alia, cum alijs iuribus ſupra adductis, & præſertim ſi poſt modicum tempus, ut infra dicam.

Sextus caſus eſt in quo mora purgari non poteſt,
233. † quãdo executio facta eſt ipſo iure à lege uel ab homine, ita Bar. & DD. oẽs in d. l. ſi inſulam, in 4. quęſt. per tex. in d. l. ſi is cui. De lega. ij. ubi dicunt hoc eſſe ſingulare & mente tenendum, quia cotidianum hoc eſt, & in teſtamentis cotidie contingit & in alijs diſpoſitionibus, quod ſi poſt moram fiat executio à lege, uel ab homine, quod non ſit locus moræ purgationi, utrumq; probatur in d. l. ſi is cui. Nam primo caſu facta eſt executio à lege. Statim enim quo legatarius petit legatum, tranſlatum eſt in eum dominiũ:

De

De ſecundo probatur, quia hęres ibi ſoluit, & ita Bar. hoc ibi declarat circa furem. Et quod poſt terminum legis mora purgari non poſsit, probat textus in L. ob commiſſa. C. de adulterijs. Imo permittẽdo labi tempus cenſetur iuri ſuo renunciaſſe, Calcaneꝰ in cons. 16. col. 10. Crauetta in cons. 166. in fine. Ex hac generali doctrina ſeu regula plura inferuntur & deciduntur, in ſpecie uero nonnulla breuibus enumerabo. † Prima illatio eſt ut ſi quis ſit monitus à iudice, 234.
ut teſtatoris uoluntatem adimpleat, non poterit moram purgare, qa à lege facta erit executio & priuatio, Auth. Hoc amplius. C. de fideicommiſs. † Item infer 235.
tur ad matrem, quæ non petierit tutores infra annũ, ut non poſsit ab inteſtato ſuccedere filio, iuxta l. ij. §. confeſtim. Ad Tertull. † Item infertur ad hæredem, 236.
qui debet inuentarium facere infra tempus pręfixum à lege, iuxta l. fi. C. de iure deliber. Et plura eiuſmodi exempla adduci poſſent: plura etiam ad hanc doctrinam congerunt Ang. Imo. Cuma. Roma. Alex. Iaſ. & cæteri recentiores in d. l. ſi in ſulã. † Iuxta hæc non 237.
omitto notab. & cotidianam quæſtionem utrũ emphyteuta priuati, q ceſſauit ſoluere canonẽ per trienniũ, iuxta l. ij. C. de iur. emphyt. cadat à iure ſuo, adeò quod moram purgare non poſsit: Emphyteuta uerò Eccleſiæ, ſi per biennium ceſſauerit cadit à iure ſuo. Auth. Qui rem. C. de Sacroſ. Eccleſijs. Iſta eſt quęſtio difficilima, ut DD. omnes aſſerunt, & patet per Imo. & Canon. in c. potuit. Ex. Locati. Hanc quæſt. latiſ-

ſime diſputauit Iaſ. in dict. leg. ij. C. de iur. Emphyt. ubi à num. 73. uſque ad 82, hanc quæſt. ad utramq; partem diſputauit. De emphyteuta Eccleſiæ, quod infra modicum tempus poſsit purgare moram, nulla eſt apud DD. diſputatio : quia caſus eſt Legis, ut apparet in dict. cap. potuit. ibi: Celeri ſatisfactione, &c. Sed dubium eſt an diſpoſitio d. c. potuit, extendatur ad emphyteutam priuatum. In hoc maxima eſt DD. controuerſia, ubi cognoſcatur communis ſententia. DD. ancipites fuerunt, & ſibi contrarij in alijs locis, ut latiſsime apparet per Iaſon. in præallegato loco. Mihi ſemper placuit eorum ſententia, qui uoluerunt idem ſtatuendum eſſe in emphyteuta priuati, quod in emphyteuta Eccleſiæ, ut ſemper mora poſsit purgari, dummodo infra modicum tempus, prout dicit expreſsè text. in d. c. potuit. Et hoc dicendum eſt, quia cum de iure ciuili iſte caſus ſit omiſſus, debemus recurrere ad diſputionem iuris Canonici. Ita ſemper ſeruatur in dubijs quæſtionibus, quod ubi eſt caſus iuris Canonici, idem dicatur in iure ciuili, & hoc maxime dicendum eſt in caſu noſtro, cum ſimus in mora purganda, quæ, ut ſæpiſsimè dictum eſt, competit ex æquitate, ideò æquitas iuris Canonici debet inſpici in hac materia noſtra, cum eadem ratio ſit, & ubi eſt eadem ratio æquitatis, lex ſemper facit extentionem. l. fin. cum pluribus alijs. C. Ad leg. Falcid. præſertim hoc dicendum eſt tenendo dictam noſtram re-

con-

conciliationem traditam ad præcedentem diſputationem. Et ad omnia fundamenta, quæ obſtare uidentur ne mora poſsit purgari, reſponderi poteſt. Et primò quod ubi eſt dies & pœna, mora purgari non poteſt, dict. §. de illo, & dict. leg. Magnam, nihil obſtat, quia, ut dictum eſt, non denegatur infra modicum tempus, d. l. Etſi poſt tres, & præſertim in ſpecie in quæſt. noſtra per tex. in d. c. potuit, ibi; Celeri ſatisfactione, id eſt, infra modicum tempus. Et eodem modo reſpondetur ad aliud argumentum, ꝙ quando eſt dies legalis, nõ datur moræ purgatio. Fatemur indiſtinctè, ſed tamen negatur ſupra modicũ tempus, quia infra modicum tempus æquitas dictat, ut debitor poſsit moram purgare. Item quando dicitur, ꝙ ubi eſt facta executio à lege, denegatur moræ purgatio. d. l. Is cui, reſpondet̃ eodem modo, ꝙ non excluditur infra modicum temp⁹; & in effectu ſententia noſtra in infinitis quæſt. reconciliat & diſtinguit DD. diſputationes. † Et in omnib. caſibus in quib. 235.
moræ purgatio denegatur, non tamen denegatur moræ purgatio infra modicum tempus, ut expreſsè apparet in d. c. potuit, et d. l. Etſi poſt tres, Et d. l. ſed & ſi alia. Iſtud uero modicũ tempus, ut ſupra dictũ eſt, remittat̃ ad arbitrium iudicis, ut in d. §. ſcia. in fine. Et hæc eſt DD. crebrior ſentẽtia, ut atteſtatur Riparius in d. l. ſi inſulam. num. 35. Et hoc idem dicit Deci. in cons. 139, num. 7. Et idem Iulius clarus in tractatu de iu. emphyt. num. 8. uers. Item quæro nunquid. Et

hanc

hanc reconciliationem mente tenebitis, quæ uobis inſeruiet circa hanc difficilimam materiā moræ, & ita etiam alias dicebam in d.l.2. C.de iu.Emphyte. dum Codicem legebam. Non omitto tamen, ꝙ præſuppo ſita ſententia eorum, quod mora poſsit purgari licet
239. Iaſ.contrarium affirmet in d.l.ij. † cautela & conſiliū eſt, ut mora non poſsit purgari, ſi dominus propter ceſſationem ſolutionis proteſtetur & declaret ante celerem oblationem eum cecidiſſe à iure ſuo, et operabitur iſta proteſtatio ſeu declaratio, ut emphyteuta non poſsit moram purgare. Ita dicit Bar.Veron.primam ſententiā ueriorem eſſe in ſuis cautelis nu.182. Tu ſcis ꝙ emphyteuta, quam cautelā Iaſ. in d.l.ij.nu. 79.ſequit̄, eam declaras. Nam tunc facta eſſet executio ab homine, & ita limitaret̄ tex.in d.c.potuit. Iuxta
240. prædict.quæſt.cotidianam, moueo † an idem dicendum ſit in uaſallo, ſicut in emphyteuta, & an uaſallus ſi non petierit inueſtituram infra diem & annū, iuxta legis diſpoſitionē in c.1.in prin. Quæ fuit prima cau. benef.amitten.uel in milite ſecundum antiqua tempora infra annum & menſem, iuxta c.1.quo tempore miles, ex quo cadit à iure feudi, ut in dictis iuribus, an moram purgare poſsit? Hanc quæſt.reperio tactam per Iacob. Artizonem antiquum D. in ſua ſumma in tit. Quib.mod.feud. amit.ſub rubricella, Ex iuſta cauſa excuſatur uaſallus, ubi dicebat uaſallum poſſe moram purgare, & mouebatur per tex.in d.c.potuit, ibi celeri ſatisfactione ſibi conſulere ſtuduiſſet. Adducit

ducit etiam tex.in l.Ex hoc dicto.§.ſi quis. De alienat. iud.mut.cau.fact.Contrarium de directo uoluit Bal. in d.c.primo.Quo temp.miles,per quem tex.dicebat moram purgari nõ poſſe.Baldi ſententiam ibi ſequitur Aluarotus, & in c. 1. in prin.Quæ ſit prima cauſa beneficij amit.idem uoluit Mart.Laud.in d.c.1.Quo tempo.miles,hoc idem uoluit Iacob.de S.Georg. in ſuo feudor.compend.in uerb.Qui idem.num.37.Et prædicti mouẽtur nonnullis argumentis,quæ etiam ſupra adducebam in proxima quęſt. & latius repetuntur per Iaſ. in d.l.ij.C.de iur. emphyt. Sed ut breuib. rem perſtringam⁹,huiuſmodi ſunt fundamẽta. Nam ex quo Lex ſtatuit,ꝙ uſq; ad annum & diem uaſallus petere debeat inueſtituram, cum non faciat,lex facit executionẽ eum puniendo,ut à iure ſuo cadat.Ergo mora purgari non poteſt, & licet ipſi non adducant, eſt doctrina Bar.de qua ſupra dictũ eſt,in d.l.ſi inſulã in 4.quęſt.Secundo adducebãt dictum Dua. in d.§. ſequitur,ubi uoluit,ꝙ quando ꝓpter moram fit trãslatio iuris in alium,non datur morę purgatio: Sed in caſu iſto cum uaſall⁹ priuet̃, & dominuim utile reuertatur ad dominum propter non petitam inueſtiturã, Ergo non debet mora purgari, arg. c.imperialem.§. Callidis.& in §. pręterea. De prohibita alie.feud.per Freder.Item mouentur per ſupra dict.reg.quod ubi eſt dies & pœna non admittatur morę purgatio adducentes doctrinam Bart. communiter receptam in d.l.ſi inſulam,per tex.in d.§. de illo,& d.l. Magnam, cum alijs,et reſpõdebant ad tex.in c.potuit,ꝙ ille tex.

loquitur in materia non feudali, ſed in emphiteuta: cum ergo non reperiatur deciſum, non debemus recedere à tempore à lege pręfixo. d. c. 1. Quo tempore miles, & d. c. 1. Quæ fuit pri. cau. benef. amitt.
241. † Sed quicquid dicant DD. omnes, ſicut in materia præcedenti tenui, emphyteutam poſſe moram purgare, ſi ceſſauit ſoluere canonem infra modicum tēpus, eodem modo & uaſallum; & Artizonis ſententia, licet ab omnibus neglecta uideatur, uerior & ęquior eſt, per ea quę ſupra adducebam in pręcedenti quæſt. ut uaſallus celeri ſatisfactione offerendo ſe domino ad fidelitatem & ad alia, poſsit moram purgare, & extendatur diſpoſitio d. c. potuit, ad materiam feudorum. Nam æquitas ſcripta eſt, ut moræ purgatio concedatur ex bono & æquo, d. §. ſequitur cum alijs iurib. & æquitas ſuggerit, ut uaſallus poſſit moram purgare, ſi non eſt factum deterius ius domini, per dict. leg. ij. §. Item Varus. de aq. plu. arcen. Nec dici poteſt quod damnum patiatur dominus, quod per moræ purgationem dominium ad dominum non reuertatur, quia non dicitur deterius ius domini factum, nec pati damnū, ſed lucrum amittit. Quo caſu non conſideratur d. l. proculus. De damn. infec. Et cum eadem ſit æquitatis ratio in perſona uaſalli, ſicut in perſona emphyteutæ, ergo idem dicendum eſt, dict. leg. fin. C. ad L. Falcid. ſi moræ purgatio fiat infra modicum tempus, dict. leg. Etſi poſt tres. dict. leg. ſed & ſi alia. Et d. §. ſeia; & cum non reperiatur contrarium de iure ciuili, in

uaſal-

uaſallo attendenda eſt diſpoſitio iuris canonici, quæ ſemper prævalet in dubijs. Sed caſus eſt de iure canonico. in d. c. potuit, ergo &c. Et pro hac ſententia pondero text. in d. c. 1. Quo tempore miles, ubi text. dicit, quod ſi uaſallus iuſta cauſa fuerit impeditus, enumerando nonnullas cauſas, quod tunc mora poſsit purgari, neque amittat feudum. Certum eſt, ſi infra modicum tempus uaſallus offert ſe fidelem & obedientem uaſallum, quod iuſta cauſa fuerit impeditus, ex quo celeriter obtulit ſe domino. Reperio Præpoſitum Mediolanenſem, qui poſt modum fuit Cardinalis Alexandrinus dictus, in dict. cap. 1. Quæ ſu. prim. cau. benef. amitt. dubitare de ſententia Bald. & aliorum. Et dicit ſententiam Artizonis eſſe æquiorem, prout idem fatetur Bal. in dict. cap. 1. Quo tempor. mil. & reſpondet ad reſponſum traditum per DD. tenentes contrarium ad dict. cap. potuit, in quantum dicebant illum text. procedere, quia dominus debet declarare emphyteutam cecidiſſe á iure ſuo, propterea datur infra modicũ temp' moræ purgatio, reſpondet, in ꝙ, idem eſſe in feudo, ut neceſſe ſit dominum declaraſſe uaſallum cecidiſſe á iure ſuo: antequam ergo declararet, celeri ſatisfactione conſulere ſibi poterit. Ex qua reſponſione infertur, prout dicebat Bar. Vero, in dicta cautela, nu. 182. ꝙ uaſallus nõ poſsit moram purgare, quando expreſſa facta fuiſſet declaratio domini. Tamen Præpoſitus in præallegato loco non reſoluit, ſed relinquit cogitandum. Reperio Matthę.

de Afflictis in d. c. 1. Quę fuit prim. cauſ. in fin. facere mentionem ſententiæ Artizonis, Bal. & aliorum, qui contra tenent, & dicit ueriorem eſſe ſententiam, Artizo. & æquiorem, ipſiuſq; ſententiam iuſtam & rationabilem eſſe. Et tradit conſilium uaſallo, ut ante litem conteſtatam, ſi uocaretũ à domino directo propter cauſam prędict. celeri ſatisfactione petat inueſtituram, offerendo fidelitatem & releuium, deponat

242. ad q; tenebatũ, atq; ita poterit excuſari uaſall⁹. † Hanc quoq; ſententiam nouiſsimè reperio præceptorem meum tenuiſſe in cons. 115. nu. 21. lib. ij. ut antequam ſuper caducitate fiat litis conteſtatio, mora poſsit purgari. Placet mihi ſententia Artizo. nõ tamen eo modo, ut Matth. de Afflict. & Soc. Iun. dicunt. Nimis tẽporis concedunt uaſallo, uſq; ad litem conteſtatam, quia hoc durum & iniquum eſſet, cum ut dictum eſt, poſsit labi annus, biennium & decẽnium antequam lis conteſtaretur, ut gloſ. optima eſt in terminis in d. c. potuit, ubi gloſſa declarat uerba, celeri ſatisfactione, id eſt, infra modicum tempus. Quia in executione facta à lege non tantum temporis largitur, uidelicet uſq; ad litem conteſtatam, ſed modicum tempus quod declarandum eſt, ut ſępiſsimè d. eſt, arbitrio iudicis. Et hoc idem dicit gloſſa in d. c. potuit, poſt uarias ſententias, & eſt optimus tex. quem gloſ. nõ adducit in d. §. ſeia. in fin. & in d. l. Etſi poſt tres, cũ alijs iurib. Et non obſtat fundamentum pręcipuũ DD. q; in materia feudorum hoc non reperiatur deciſum, q; ut dicit Matth. de Afflict. in præd. loco in feudorum mate-

materia, quando caſus non reperitur deciſus in iure feudali, recurrendum eſt ad ius Romanorum, ut in c. 1. de feud. cognit. Sed ut dictum eſt, de iure Romanorum datur ſemper moræ purgatio infra modicũ tempus, ut in dictis iurib. apparet. Item ut dictũ eſt, habemus tex. de iure Canonico expreſſum in ſimili, & ſi caſus mihi contingeret, ita conſulerem & iudicarem. Quia iſta ſententia non ſolum munita eſt æquitate, uerum etiam iuribus & rationibus.

Iuxta hæc quoq; de alia quæſtione quæri poteſt, † quid ſi teſtator in teſtamento eccleſiam hæredem uniuerſalem inſtituiſſet ſub conditione, ſi infra annum emerit fundum hoſpitali, alias priuabat Eccleſiam & uocabat hoſpitale, an tali caſu mora commiſſa purgari poſsit: Hanc quæſtionem ponebat Bal. in l. pupillorum. C. de repudia. hæred. Roma. refert in d. l. ſi inſulam. Crot. quoq; mentionem facit, ubi DD. ferè omnes conſiderant tres caſus. Primus eſt, an iure communi ſit locus purgationi, & dicunt quod non, per ea quæ ſupra adducta ſunt. Quia executio facta erat ab homine teſtatore, qui priuabat Eccleſiam, & hoſpitale uocabat & adducunt etiam doctrinam Bart. ſæpiſsimè repetitam, in d. l. ſi inſulam, in 4. quæſtione per dict. leg. ſi is cui. de lega. ij. Secundus caſus eſt, an ſuccurratur Eccleſiæ beneficio reſtitutionis in integrum, ut mora purgari poſſit, & dicunt ſi Eccleſia non poteſt adducere legitimum impedimentum non eſt admittenda ad reſtitutionis beneficium, quia dictum remedium non 243.

competit, niſi impedito legitimè. Sed reſtitutio non datur contra delinquentem in omittendo. l. ſi ex. §. In commiſſum. De minor. Si uerò Eccleſia haberet legitimum impedimentum, tunc poterit implorare remedium reſtitutionis, ut moram purgare poſsit. Quia ſemper reſtitutio in integrum conceditur iuſtè impeditis. L. ſi quis Titio. De minor. Et ita in effectu uoluit Bal. & alij in d. l. Minorum. & Roman. in d. l. Sed ſi in ſulam. Ego autem dicerem quod eccleſia ſit admittenda ad moram purgandam, ſi infra modicum tempus, & ſibi competat remedium ordinarium de iure communi, non extraordinarium. Nam ut ſæpè dictum eſt, moræ purgatio non denegatur in quacunque materia, dummodo fiat infra modicum tempus.

244. Septimus caſus eſt, † ſi fuerit appoſita clauſula, rato manente pacto, iuxta l. Qui fidem. De tranſaction. quia tunc denegaretur moræ purgatio, ſecundum Bal. in d. l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & plures ſequuntur hanc exceptionem, ut Iaſ. refert in
245. d. l. ſi inſulam. Contrarium autem uoluit † Bar. in d. l. ſi inſulam, & DD. communiter per plura fundamenta, latè Crot. in d. l. ſi in ſulã, nu. 60. & latè quoque ibi per Alex. Et ratio eſt, quia talis clauſula non apponitur ad hunc finẽ. Sed ad hunc effectum, ut promittens pareat promiſsioni, quia tunc operatur iſta clauſula, ut poſſit peti pœna & ſors, quod ſecus eſſet abſque iſta clauſula, quia iure communi nemo poteſt conſequi ſortẽ et pœnam. L. Reſcriptum. §. ſi pacto, De pact. Operatur autem

autem plures effectus iſta clauſula, Non autem hunc effectum ut moræ purgatio denegetur.

Octauus caſus ſit & ultimus, † ſi à parte renunciatum fuerit moræ purgationi, quia tunc non competeret amplius: cum enim moræ purgatio ex bono & æquo concedatur d. §. ſequitur, cum aliis, in priuatorum utilitatem & in commodũ debitorum, ſequitur quod debitor renunciare poſsit iuri ſuo in ipſius fauorem introducto. L. ſi quis in conſcribendo, cum uulg. C. de pact. & imputandum eſt ſi renunciauerit, quia lex ſuum, non tibi tuum denegat auxilium, per not. in L. ſi aſsiduis. C. Qui potio. in pig. habe. Ita Ang. Alex. & alij in d. l. ſi inſulam, & hæc ſententia ſecundum Alex. ibi. probatur per d. l. ſancimus. C. de fideiuſſor. ibi. Niſi pacti tenor ad hoc reclamauerit, & hunc tex. ponderauit Alex. ad hoc propoſitum in d. l. ſemel mora. 246.

Iuxta hæc quæri poteſt, quid iuris ſi non expreſsè renunciatum fuiſſet per debitorem in ſpecie purgationi moræ, ſed duntaxat debitor in genere renunciaſſet, in calce inſtrumenti in clauſulis generalibus debitor dixiſſet, renuncio omni iuris remedio, & omnibus legibus in mei fauorem introductis. Hanc quæſtionem nouiter mouet Crot. in dict. leg: ſi inſulam, in fin. & concludit quod hoc caſu moræ purgatio denegaretur. Nam per eiuſmodi uerba generaliter prolata, cenſeretur renunciatum diſpoſitioni dicti. §. ſequitur, & utitur ſimilibus argumentis, quia per talia uerba generalia, Renuncio

nuncio omni iuris remedio, cenſeretur renunciatum remedio L. De his, de tranſact. Et ita in ſpecie hoc uoluit Alex. in cons. 154. Viſo. lib. ij. refert Iaſ. in d. l. de his. ſa. quoq; quod ſingulariter uoluit Alber. in l. Item quæritur. §. Exercitium. Locati, ubi uoluit quod per talia uerba poſita in calce inſtrumenti cenſeretur renunciatum iuri petendi remiſſionem, & plura adducuntur ad hoc per recentiores in d. l. ſi inſulam. Plures caſus adhuc colligere poſſem, ſed propter temporis anguſtiam ad laudem Dei opt. Max. finis imponatur moræ, ne moram trahere uideamur. Et abſoluta ſit hæc utiliſsima difficilimaque materia moræ, quæ cotidiana eſt, & pluries in facto contingere ſolet. Ideó diligenter hanc materiam reſeruabitis.

FINIS. d. 100.

ANT 1319 DTG

9859

C53.

BIBL
VR